

Medici
Præfenti feculo
accommodandi
pars tertia,

Quædam

Prioribus partibus partim præter-
miffa & occultata, partim hætenus exp-
rimentata, curiofa, & utilia

Continens.

MEDICI
PRÆSENTI SECCULO
ACCOMMODANDI
PARASTERTIA

In quibus panibus habetur præter
dum de quibus et in præter
et in quibus habetur præter

Capitulum

we 13
[Decorative border]

IN
PROCE

Altissimum in
cunctis partibus
habundantia
dicitur, quod
sua virtute, chemica
que in alioquin
Nostros conductus, Talis
nam, latio actum
cumque aliis et si quibus
sua ipsi mundi dicitur
in actum conductus, in
partibus alios conductus
partibus et conductus
Saltem in conductus
ipsi in suis conductus
conductus et aquam
et
si fuerint eius à
conductus Conductus, in



I. N. J.

PROOEMIUM.

Artium incunabula perfectos non statim
 eniti fœtus, sed statuto semel inventi
 fundamine, experimentum unum aut
 alterum, observationes ulteriori semper
 nixu trudere, chymica nos erudit ars: Hac nam-
 que non ultimis nostris temporibus, sed paulo post
 Mundum conditum, Tubalcainum primum chy-
 micum, (lato attamen sumpto chymia vocabulo,
 cum & aliis ars liquans seu fundens audiat;) De-
 inde post mundi diluvium, Moysen quando vitu-
 lum aureum combussit, hinc præter Salomonem,
 plurimos alios cultores habuisse, Sacra nos docent
 pagina, & tamen hæctenus intricata restitat ars.

Salomonem summum hujus artis cultorem fu-
 isse, ipse in suo Ecclesiaste per distinctionem, quam
 inter ignem & aquam habet, nobis innuere vide-
 tur.

Si summam ejus à Deo infusam scientiam,
 quâ omnes Doctores, imò Ægyptios peritissimos

tunc temporis, ac artium omnium maximè gnaros, ipsissimosque Hebræorum sapientissimos antecellebat, ad jungimus; res clarior fiet, & ulterius dilucidabunt libri, quales scripsisse Sacra Scriptura confirmat, in quibus arborem quamlibet, & plantam è terra nascentem, ab Hyssopo ad Cedrum usque, vivè & juxta vires & proprietates expressit, cum volatilibus, tum reptilibus, piscibus. que:

Illum ne igitur ingeniosissima hujus artis chymica destituemus? qui non Ægyptiis modo chymiatricam doctis, sed & omni homine doctior & sapientior fuit.

Alias ex Sacris vetusta chymie notas enarrare hic possemus, si verbis inanis replere paginas has animus esset: sufficiant hæc, si chymie certum heroinæ dignitatem ex antiquitate etiam sacra comprobata quis desideret.

Ex profana historia præter Ægyptios & alios Ovidius in amœnissimū nos deducit campum, uti Vellere suo Aureo id indigitare Suidas refert, qui non arietinam pellem, sed chrysopeias velleribus conscriptam artem illud fuisse refert. Vel ut aliis probabile videtur, qui fabulam esse, & inde natam credunt, quod ad Aurum, fluminum arenulis permixtum segregandum, vellus arietinum fuerit adhibitum, à Poëtis propterea Aureum vocatum.

Sed

Sed cum hæc Alchymiam potius quam Chymiam, medicis appropriatam sapere alii opponant, pergimus, & unicum Coum Principem Medicum, in suis operibus Authoritatem ex antiquitate Medica sufficienter comprobantem, advocamus, ceu verissimum testem, quod Medicus ille non possit esse Magnus, cui Chymia non sit magna, si Libavii verbis uti licet.

Chymix sanè omnia subsunt creata, ut hinc nec physicus esse possit, qui Chymicus non est.

Hippocrates sæcunda nobis quidem reliqui rerum naturalium indagandarum principia, non omnem tamen exhaustit artem, quippe maxima sanè adhuc dum restant penetranda, & tam à nobis, quam successoribus nostris sagacius inquirenda.

Nec spe majora inveniendi destituemur, modo breve illud mente volvamus tempus, ultimos scil. præsentis seculi annos, quibus plus emolumenti accrevit per Chymiam reipublica Medica, quam tot retro seculis, non excluso omninò alchymia, quippe chymici circa aurum conficiendum occupati, haud paucis nobilebus inventis tum ad referendam naturam, tum ad usus Medicos apprimè idoneis, quasi facem accenderunt:

Etenim si Medicam artem jam nostris diebus, cum veteri, & quidem Galenica Medicina conferimus, insignem observamus metamorphosin, & longè aliis inniti principiis, ac olim, patet: & licet ea ex omni parte haud certa & infallibilia predicari possint, non tamen desistendum nec desperandum, cum, ut ab initio monitum, Artium incunabula non perfectos statim enitantur fœtus, sed statuto semel quodam inventi fundamine, experimenta observationes, & posteriores progressus trudere oporteat: modò chymicarum operationum mutationes, variationes, & mille metamorphoses, ad corporis nostri Oeconomiam & ejusdem tot & tantas differentes actiones, effectus, progressus, & interitus variantes, transferantur sagaciter, plura sanè adhuc invenientur, quam quæ nunc speramus.

Hæc causarum fuit, quæ præsentem Medici mei partem tertiam pellexit, non contentum me reputans si reticuerim ea (quæ stimulum forte sint additura, majora inquirendi aliis) etsi exigui momenti experimenta, quæ ulterior chymica praxis & inquisitio me docuerat hætenus.

Hinc liberrimo animo ea communico, non tamen ea mente, ac si illa quæ simul ad ulteriorem veritatis investigationem interspersa sunt

PROOEMIUM.

7

sunt, infallibilia, aut omnino mea depraedicare vellem, quippe in varias in dies volutatus opiniones, illa in propria mentis exercitium experimentis meis ex aliorum meditationibus & mente quandoque applicui, minimè commotus & perterritus susurronum malevolis commendationibus, qui nunc ab aliis sufficienter dicta, me denuò dicere, atque crambem quasi bis coctam hic apponere, alios persuadere conantur.

Si antecessores nostri malevolè ita sensissent, tot sane insignia experimenta adhuc dum intricata mansissent.

Magna concessa fuisse antiquis quidem verum, nec vix quid dicetur, quod non fuerit dictum prius, sed longè alio dicendi modo, loco, & tempore, nec omnem propterea exhauferunt sapientiae fontem:

Majora etenim in nostra fuisse reservata tempora, plurima hoc saeculo per curiosos chymicos patefacta experimenta docent: Sed maxima adhuc restare penetranda & nostris successoribus reservata, vix saniorum quis negabit.

Deus ergo O. M. omnis sapientiae principium rogandus, ut posteriores secundet progressus, & ceu bonarum omnium artium Author, porro benedicat omnium conatui pio, & tot adhuc

latentes nobis adaperiat suae sapientiae thesauros, quo Naturalis nostra vera Philosophia, multis seculis cimmeris intricata umbris, sed paulisper nunc resurgens, & veluti ex incunabulis denuò extracta, incrementum capiat semper, & augeatur, ut cedant omnia in sui gloriam & proximi salutem & commodum, Amen.



Analy-

Omibus his iam in
mixtis affunde aquam
lacte recipientis lateris



A Nalysin Urinæ , Medici mei præsentis sæculo accommodandi Sect. II. Cap. VII. pag. 126. dedi , sed prosequutum scrutinium sequentia docuit.

Pro spiritu , Sale volatili , & fixo acquirendo , communicati processus , procedunt quidem quoad literam , sed si quis *Sal volatile Philosophorum Sali armoniaco analogum* desideret.

Recipiat Urinæ recentis saltem , quantitatem sufficientem , non verò ad dimidias solum , aut tertiæ saltem partis consumptionem , sed tam diu decoquat , donec majori humiditatis parte exhalata , remanentia melleam præ se ferat consistentiam :

Hanc si tum ex cucurbita vel terrea firmiori , aut ferrea , apposito capitello , præposito recipulo majori , & juncturis benè clausis , convenienti igne adhibito destillaverit , acquiret spiritus Urinæ partem , sequente vel & simul ascendente Sale volatili armoniacali philosophico in magna copia , in sequente demum Oleo admodum fœtido.

Omnibus his jam in tuo recipiente commixtis affunde aquam calidam , quo Sal volatile recipientis lateribus adhærescens liquescat,

quescat, ut tum cum reliquis confusum effundi, & ab oleo separati per chartam queat:

Separato oleo quod reliquum est, & chartam transiit, Sal volatile videlicet, aquâ solutum, immitte phialæ, ac capitulo & recipiente adlutatis ex M. B. destilla, & ascendet Sal urinæ armoniacale volatile, pulcherrimum, odorem salis C. C. volatilis exactè referens.

Hæc est verior urinæ analysis, unde insignia ortum habent medicamina, & varia alia curiosa producta; Hâc q; ratione te nactum esse Philosophorum Sali armoniaco analogum Sal, ex sequentibus patebit; Philosophorum etenim aquilam uti nonnulli vocant hoc mediante conficere docent.

Sume v. g. Salis hujus armoniacalis philosophici, s. Salis urine volatilis, & aceti destillati aa. p. aq. paulum digesta igni vel cinerum vel arena committe, sed leni igne phlegma abstrahere, relicta masse novum aceti destillati pondus adde, digere, & destilla ut prius, donec videlicet Sal urinæ duplum sibi junxerit acidi pondus, & parata erit materia pro exaltanda philosophorum aquila, ut salia fixa resuscitare & in altum elevare gloriose queat hoc modo.

Sume

Sume nimirum salis tartari siccissimi partem unam, materia jam pro aquila exaltanda parata partes tres, minutissime invicem in mortario marmoreo calido trita, phiala immitte, & sublima, sublimatum capiti mortuo s. materia in fundo residua commisce, rursusque sublima, hancque cohobationem repete aliquoties, donec totam salis tartari substantiam ascendisse observes, & paratam habes aquilam, quæ tibi inserviet pro ulteriore volatilisatione recentis salis tartari & quidem successivò in infinitum, nec prioris materia pro aquila elevanda amplius indigens eris.

Quos hoc volatilifatum Sal præstet effectus Tackenius in suo Hippocrate chymico pag. 73. nos docet vocat eum penetrantissimum, & dubitat utrum in natura quid sit subtilius, proptereaque non satis laudare potest in antiqua oppilatione; Mindererum propterea maximè commendans, quod hoc liquore in obauditione & auditus difficultate usus fuerit: Cum enim spiritus hic, inquit, falsus & volatilis est, nec sudoris constitutivis absimilis, hinc membranam tympani propter symbolum leviter pervadere, ac lubenter item admitti confirmat. Cumque reliqua & vel omnia falsa juxta Galeni sententiam incidant, attenuent, discutiant, excre-

crementa siccent, virtutem colligant, & ro-
borent, ac id in rudi salis mole, quid in id
efficiet potentius spiritus hic subtilissimus.

Ex hoc fonte porrò emergit spiritus infi-
gnis antepilepticus, non tamen illum hic
æstimo quem ex spiritu urinæ & spiritu vi-
trioli Hartmannus parare docet, sed hunc,
qui ex sale volatili urinæ aquâ soluto, sive
ut vocant, spiritu urinæ, & vitriolo entis ve-
neris, digestionelonga paratus est: hunc al-
tioris esse indaginis Cl. Etmüller in Com-
mentario Ludoviciano p. 108. confirmat, hæc
ratione, quod spir. urinæ vol. sive alcali uri-
næ, sub digestionelonga cum vitriolo veneris, agat
in hujus sulfur, idque rodendo ex parte sol-
vat, ut sic spiritus volatilis simul sulfureus ac-
quiratur, qualis aliàs ex miscela spiritus urinæ
& vitrioli haberi haud possit.

Nontamen vitriolum veneris communi
more paratum hic intelligendum putes, sed
illud quod Helmont parare docet, median-
te Sale armoniaco, quodque capite de cupro
indigitavi: Ex hoc etenim cum sale armo-
niaco parato vitriolo tum, cum philosopho-
rum sale armoniaco volatili, ob analogiam
resurgit fœtus parentibus longe nobilior, &
fit vitriolum, saphirum ipsum & colore, & fi-
gura excellens, emergitque inde medicina
magni sanè momenti. Patet

Patet hinc quanta in urina hominis lateant
 arcana, tanta sanè quam quæ unquam ex a-
 lia re in natura erui poterunt, & si rem paulo
 intimius trutinamus non possumus non cum
 Starckio sentire, qui menstruum sive liquo-
 rem alcahesticum ex ea elaborari debere,
 certò sibi persuasum habet, Magni nostri
 Helmontii commendationibus hujus subje-
 cti commotus, quando in suo sex digest.
 tractatu expressis verbis effatur: *Sal scil. uri-
 nae non habere sui simile in Mundo, nec Salma-
 rinum aut ex fontibus excoctum, aut niterum,
 vel lapidum quorumcunque pretiosam Sal, uno
 verbo nullum plane Sal in rerum natura, quod-
 cunque etiam esset, imò nec animantium reliquo-
 rum Sal, huic nostro sali urine assimilari aut
 comparari posse; & quæ sunt alia hujus subje-
 cti hinc inde in suis operibus insignia encomia,*
 quibus commotus Starckius certo nobis per-
 suadere conatur, Alcahesticum liquorem
 in nulla alia materia quæri debere quam in
 Urina Humana, neque esse liquorem alca-
 hesticum quid aliud, quam ex Philosopho-
 rum Sale armoniaco elaboratum spiritum vo-
 latilem salsum.

Quid verò sit illud *Philosophorum Sal armo-
 niacum*, & quâ methodo id acquirendum,
 his expressis verbis explicat. *Spiritum vide-
 licet*

licet ex urina humana admodum acrem, subtilem, & penetrantem, conjungi debere cum acido non corrosivo, sed suæ naturæ gratissimo, neque alio & à suâ natura diverso fermento, sed tali quod in centro cum se ipso unum sit, ac æque volatile, quo ambo sibi ubique similia, intimam subire queant unionem, ut tum repetitis circulationibus, emergat Ens Salium, Salium summum & felicissimum.

Quid autem sit acidum istud non corrosivum & volatile, Starckeï vinosum vocat spiritum, quippe qui in centro cum urinæ humanæ spiritu conveniat, unumque & idem esset.

Huic Starckeï asserto facile applaudere poterunt illi, qui considerant quam libenter volatilia volatilibus se affociant, & hoc illi, & illud huic se jungat amicissimè: saltem nitrum hac in re testem se sistit: Unde etenim summus ejus volatilis spiritus, quam ex alcali urinæ volatili, & acido illo volatili aëreo sulfureo lucido, rudi artificio à natura, combinatis, & amicissime conjunctis:

Plurima certe experimenta tibi veritatem demonstrabunt, alcali & acidum volatila intimiorem initura esse unionem, & tertium inde resultans longè subtilius & penetrantius, atque sic foetum parentibus multò nobilior

rem

rem inde emerfurum esse, quam si hoc, aut illud, cum minus volatili vel fixiori combina-
veris salino.

Sunt quidem nonnulli, qui Starckium fallacię arguunt, eumque ea, quę in sua pyrotechnia circa hanc materiam latius pertractat non secundum literam, sed ænigmaticę intellexisse credunt.

Ast si Helmontii elogia, multifarias commendationes, laudesque pariter, quam occultatos expressos labores & manductiones, paulisper consideramus, quibus de Urina & Sale armoniaco scripta ejus hinc inde multum re-
ferta reperimus: Imò si curiosum illud experimentum, nunc post Helmontii tempora erutum, phosphorum scil. ex urina intuemur, vix fallaciam subesse posse inducor ut credam.

Quò verò veritas emergat paulo altius, ipsam Starckii mentem in sua Pyrotechnia asserta contentam, quam quidam Joh. Astell in quodam Germanico tractatulo latius sub nomine *von dem unsterblichen* solvente communicat, perlustremus.

Eousque tandem perveni incipit Starckei, ut sperem me magnum illud *circulatum*, vel *incorruptibile illud solvens Paracelsi & Helmontii*, aperuisse & communicasse, antequam

quam de usu & præstantia, mundo jam satis cognitis, quid edisserui, adeoque eis acquisitionem potius, quam valorem aperui.

Est itaque alcah est sal spirituale, sive spiritus falsus, qui ob præstantem & transcendentem puritatem, nunquam perverti vel corruptivè annihilari potest, & nisi corpus aliquod, vel materiam offendat, tam subtilem ut ipse est, consortium ejus & conjugium respuit, nec ullius fermenti peregrini, extra sui ipsius capax est, neque ideò alterationi totali vel transmutationi subjacet.

Corruptivè annihilari haud posse implicat annihilationem apparentem, dum particula liquoris hujus sive spiritus falsi ita à se invicem separati & discontinuari poterunt quidem, ut appareant omninò in nihilum redactæ, sed re ipsa, ipsæ spiritus hujus falsi particulae discontinuatæ, sunt & manent iidem spiritus falsi, quales erant antequam artis ope discontinuati, & ab invicem separati fuerunt.

Neque transmutationi vel alterationi totali subjacet spiritualis hic liquor: quo quoque tenim modo in varias figuras se cogi patitur, manet idem spiritus falsus volatilis, sive liquor spiritualis, qualis fuit ante.

Experimentum confirmare videntur res omnes naturales, quippe *vix in verum naturæ*

in ve.

invenietur subjectum (excepto intimo & centrali mercurii corde, ac alia adhuc & unica re, quæ similitudinem & convenientiam inter se habent) quod ab urinoso spiritu vel in suam naturam, aut plane destrui, vel in aquam elementarem redigi haud queat, eodem semper manente quasi exlege, viribus suis ne hilum quidem elanguescens.

Sic omnia metalla & mineralia redigimus vel in salia, vel spiritus acidos, hi cum urinoso spiritu sive sale migrant in sal armoniacum, occultatum videlicet sub Blas Lunari urinæ spiritum, si vel sal spirituale, & quod larvam hanc haud induit, & in sal armoniacum ita dictum haud migrat, nec cum eò unum fit, facili negotio vel separatur, aut destruitur planè.

Lapides omnes, qui igne hoc gehennæ se calcinari haud patiuntur, rediguntur alia encheiresi in sal, quod denique repetitis circulationibus & cohobationibus cum liquore hoc spirituali volatilifatur parim, vel additione quadam alia in aquam tandem redigitur.

Qui verò lapides calcinari se patiuntur, alcali suppeditant, quod si per olea essentialia volatilifatur, iuncta cum spiritu vini rectificato, tunc per urinosum spiritum simul coagulantur,

gulantur, hocque subtile coagulum tum per
conueniens acidum in sal corporale sublima-
tur, quod verò cum eis coherere ac intimè se
miscere haud cupit, separatur, & methodo fa-
cili in aquam redigitur.

*Animalia omnia cum carne, sanguine, & ossi-
bus,* suppeditant sulfur unctuosum, & sal uri-
nosum; vel mediante destillatione, immédia-
ta, aut prævia putrefactione, vel fermentatio-
ne: Relinquantque caput mortuum, quod
cum sale hoc circulato cohobatum, in Sal pu-
rum migrat, hoc verò in aquam.

Urinæ Sal postquam rectificatione purifi-
catum existit, & propria sua aciditate aliquali-
ter fixum & stabile corpus nactum fuit, fit Sal
armoniacum, *Vnctuosum* destillatione volati-
lisatur, & mediante alcali eo devenit, ut se pa-
tatur combinari cum spiritu vini, ut tunc ca-
pax fiat coagulari cum urinoso spiritu, pro-
priaque aciditate inde emergat Sal armoni-
acum.

Omnium creaturarum urina, dum spiri-
tum suppeditat, mediante acido in corpus fa-
cessit salinum, & si tum cum aliis sublimetur,
fit Sal armoniacum, quod verò non adhæret
intimè, & non concoagulatur, hoc separatur
& destruitur facile.

Cornua, Ungula, Oleum, & Sal urinosum volatile præbent, & in Sal armoniacum, sicuti de carne, sanguine &c. dictum, migrant.

Vegetabilia omnia dum cremantur, exhibent liquorem alcalinum, mercurialem, vel fixum, sulfur volatile, & Sal urinosum volatile in fuligine.

Aromata quædam, Flores, semina, radices, herba & similia, suppeditant olea; hæc mediantibus alcalibus & Spiritu vini commixta, per Spiritus urinosos intimæ coagulationis capacia fiunt, quod verò subter hoc jugum se trahi haud patitur, tanquam heterogeneum separatur, & in aquam redigitur.

Omnia acida mediantibus spiritibus urinosus partim vel in Sal armoniacum migrant, vel destruuntur.

Vno verbo quicquid in mundo est (excepto centrali mercurii corde, vel fixatum est, vel volatile. Fixum vel est salinum, aut non: Quod non est salinum eo adigitur, & ambo arte & labore fiunt volatilia, & postquam sunt volatilia, facile in aquam reducibilia existunt, seminali crasi orbatam.

Alcalia fixata volatilisantur, si cum spiritibus vinosis uniuntur, & maritantur, & tunc apta redduntur mediantibus spiritibus urinosus coagulari.

Spiritus quilibet tandem vinosus, ex quo-
vis etiam subjecto vegetabili, fermentatione
mediante factus, & optimè dephlegmatus, in
urinæ spiritu coagulabilis existit, qui tunc
postquam in Sal armoniacum fixatus est,
cum spiritu urinæ homogeneè est unum &
idem.

Quemadmodum verò omne illud quod
(ex quovis etiam sit regno, vel minerali ve-
getabili, aut animali) in salis armoniaci for-
mam, & in naturam spiritus urinæ receptum
est, idem Blas Lunare sibi vindicat, & hujus
larvam induit, sic hoc rursus absque virium
deperditione, cum urinæ spiritu exinde revi-
ficari potest, & denuò suppeditare spiritum
coagulantem, qui sicut ab initio fecit, recen-
tem vini spiritum coagulabit, inque suam
naturam transformabit, & hoc in infinitum.

Hæc jam est Universalitas naturæ admi-
randa, cujus sustentaculum urinæ spiritus
ministrat; in quo nimirum salis istius primi-
genii particulæ, omninò explicatæ, copio-
sissimè latitant, cujus beneficio tam coagu-
lantur, quam dissolvuntur omnia corpora
naturalia.

Aliter verò se habent solutiones aliis factæ
menstruis, ibi etenim dissolvenda corpora,
cum solvente intimè nunquam combinari
possunt:

possunt: neque ideo talis solutio (etsi corrodi conspiciantur corpora) pro vera, & intima solutione æstimanda est: quilibet etenim spiritus acidus corrosivus, corrodendo quoddam corpus ipse coagulatur, & figitur quodammodo, inque salinam transmutatur formam, non ac si corpus solvendum huc quid contribuat (absque alteratione hoc etenim patitur in se spiritus corrosivi actionem) sed ipse corrosivus spiritus, propria sua culpa & corrosiva activitate coagulatur.

Aliter longe se res habet cum spiritu nostro falso, sive Philosophorum Sale armoniaco, in hoc namque delitescit influencia ista Lunaris, sive Blas Lunare, principalissimum illud instrumentum, res quascunque in prima sua primordia reducendi, vel in suam naturam cogendi.

Videtur verò coagulatio talis irregularis planè & anomala, dum spiritus subtilis, subtiles similiter spiritus coagulat, imprimis autem vinosos, vel à vino ortos: Eo ipso autem dum coagulat, & in suam naturam vertit acidum non corrosivum, destruit simul istud, quod est corrosivum in acido, & in aquam inspidam hoc vertit.

Dum enim corrosivus spiritus acidus, corrodeute sua spirituosa vi hunc volatilissi-

mum destruere nititur spiritum, hic pro sua meliori defensione corporis coagulati formam assumit, & sub hâc se occultat saltem, integris viribus denique emerfurus non aliter uti aqua quæ frigori resistendo se ipsam vi suâ innata in glaciem vertit, & hâc quasi cortice se munit, ubi aliâs à frigore in gas destrueretur) ac ita volatilis noster ac penetrans urinofus spiritus, sub larva quasi ludit, vel sub forma aliquo modo fixati, re ipsa verò adhuc volatilissimi corporis, salis armoniaci videlicet.

Coagulationem verò hanc, & larvatam fixationem, cum omnimoda urinofus acris odoris retentione, à se ipso esse, & non ab acido spiritu effectivè, inde clarum est, quoniam à quovis acido, vel fixo vel volatili, eandem salis armoniaci formam spiritus noster volatilissimus assumit.

Tandem si urinæ noster spiritus coagularetur ab acido passivè, in aliam rem transmurtatus esse planè deberet, quod verò haud fit sed spiritus hic volatilissimus manet idem identicè & numericè qui ante coagulationem erat, & sub larva saltem corporis magis fixati delitescit, non aliter ut supra modò dictum, uti aqua, quæ et si sub forma vitrea, sive glaciei delitescit, re ipsa attrahitur

men

men nil est nisi eadem aqua, quæ ante erat.

Hanc veritatem manifestabit additum sal tartari vel alterius cujusdam alcali lixivium, tali etenim adjecto in momento separabitur, destillando idem urinæ spiritus, eodem pondere & qualitate, isdemque formalibus proprietatibus, quibus antea gaudēbat: Propriumque rursus & subtilem odorem foetidum, & volatilitatem nactus, spiritum vini tam cito coagulabit, ac si nunquam coagulatus antea, vel larvatus fuisset.

Denique si coagulatio spiritus urinosi, sive semifixatio, dependeret à spiritibus corrosivis activè, Tum illi quia ignei quasi sunt, & in sua actione furiosa aliàs penetrantem igneum calorem opponunt, in hunc urinofum simili-gneum spiritum realiter Lunare aliquod Blas, quale in Sale armoniaco observatur, imprimere haud possent.

Nam prout Sal armoniacum ipsum naturâ calidum est, & re ipsa, occultatum tamen igneum urinæ spiritum continet, cujus unica guttula linguæ & labiis applicata vesicas excitare valet, tam subito, ac si penetrantissimum actuale cauterium applicueris; idem que spiritus si rectificaretur & penetrantissimus fieret, adeò volatilis deprehensus

esset, (quod signum caloris ignei) ut vix quovis vase coerceri, & retineri posset, quocunque modò id etiam obturaretur: prætereaque penetrans adeò suo odore, ut neque hominis aut alterius animalis organa illum perferre diu possunt, quin syncopen incurrant: Tamen mirificè adeò & penetranter operatur per Blas aliquod Lunare, ut si Sal armoniacum vitro immittas, & aquam affundas, subito tale insigne excitabitur frigus, ut aquam etiam, si vitrum ei imponeretur, vel huic aspersa sit, in glaciem ire faciat.

Nec Blas hoc Lunare unquam à Sale armoniaco separari poterit, quam diu corporis Salini formam retinet, etsi cum igneis etiam subjectis sublimaretur toties.

Hinc obiter jam notandum quid *Frigus* sit, videlicet *non esse illud caloris privationem, sed substantiam positivam & realem*, quæ in momento irradiantis Blas, & humectati salis armoniaci, per vitri impenetrabiles parietes, glaciem & summum frigus producit, quod tamen momento ante non aderat.

Non ergò potest esse Blas hoc ab acido igneo & corrosivo spiritu, urinæ spiritui impresso, sed est Blas hoc res quædam, propria spiritus urinæ activitate producta, ad quam producendam, à corrosivo acido spiritu sollicitata,

licitata, & coacta fuit, ne destructionem aut annihilationem incurreret, non aliter ac aqua, quæ ne suæ formæ destructionem pateretur à frigore intensissimo, cortice quasi se munit, corporis coagulati figuram assumit.

Planè ergò singulare hujus spiritus privilegium Altissimus ei concessit, quo Lunare frigidissimum Blas sibi rapit, & unit, tam subito quam humidi quid ei accedit.

Atque hæc est formalis Salis armoniaci origo, dum nimirum subtilissimus & penetrantissimus urinæ spiritus, cum acido quodam corrosivo concurrit, tunc hoc cum impetu illum destruere nititur, illam vero destructionem ut evitet spiritus urinosus, corporis larvam assumit liberissima coagulatione, hancque furiosæ spirituolæ aciditati opponit; huic verò larvato corpori, sive sali armoniaco, se jungit Lunare Blas, inque eo habitat invisibiliter, visibiliter verò operatur.

Non verò particulariter soli sali armoniaco sive urinæ spiritui se jungit dictum Lunare Blas, sed universim omnibus compositis Lunari influxu imprimis videtur, ad temperandas vel restinguendas igneas corrosivas quasque concreti particulas, dummodo urinosæ simul præsto sint & ubi tales modò se jun-

gunt Lunare frigidum Blas in sui conversationem adsciscunt.

Urinosa verò spicula & subtilissimi spiritus hoc maritata, omnia alia quæ sunt de natura acidi vel in suã naturã transmutare, vel quod subter hoc jugũ se trahi haut patitur, destrueret, & in aliud plane ens vertere nituntur, & hæc ratione omnes acidi spiritus & corrosivi, in aquam elementarem potissima parte verti possunt.

Cum verò valdè differant non acidi modo spiritus, sive acida quæcunque, sed & urinæ spiritus ratione animalium, in quibus naturali quãdam destillatione ex cibis & potu destillantur, hinc admodum item inter se differre Sal armoniacum hoc ab alio, credibile facile erit. *Distinguiamus ergo Sal armoniacum commune ab illo Philosophorum.*

Commune ex acido quovis corrosivo, & urina cujusvis animalis construi potest.

Philosophorum verò non nisi ex urina humana, & acido vinoso spirituofo, sive vini spiritu, sicuti Helmont manifestare videtur in suo elogio, quod de coagulo spiritus urinæ cum spiritu vini habet: Hoc, nimirum coagulum, inquit fieri non per simplicem partium mixtionem, sed per intimam copulam.

Spiritus

Spiritus nimirum vini ab urinæ spiritu re ipsa coagulatur, & ipse simul concoagulatur, atque adeò hæc inseparabiliter unita, novum productum, subtile videlicet corpus præbent, à suis parentibus maximè diversum; Secus ac fit in sale armoniaco communi, ubi urinæ spiritus, ante, in, & post coagulationem, est & manet idem urinæ spiritus, qui erat ante, nec cum acido corrosivo iniit copulam intimam, sed larvam quasi assumpsit, ut se destructioni, quam acidum corrosivum minabatur, eriperet.

In nostro verò hoc Philosophorum sale armoniaco, ambo ingredientia intimam ineunt copulam, quoniam vinosus spiritus in centro cum urinæ spiritu idem est, proptereaque amice in se agunt, & se invicem coagulant, & generant corpus planè spirituale, sibi ubique simile & homogoneum.

Præter hoc ergò objectum quod à spiritu urinæ humanæ se intimè coagulari patitur, est influenza vinosi cujusdam spiritus, absque quâ urinæ spiritui intima & centralis coagulatione accidere haud potest.

Atque hæc est præterpropter Starckei mens, quam pluribus expressit in sua pyrotechnia asserita, circa liquorem alcahesticum.

Sanè

Sanè si rem paulo altius trutinamus, observamus certò universalitatem dictam in urinoso spiritu, præprimis eo humano, nil etenim in rerum natura esse, excepto centrali mercurii corde, & unica adhuc alia re, quod ab illo vel in suam naturam, vel in aquam elementarem transmutari vel destrui, aut annihilari haud queat, supra experimentis breviter indigitatum reperies.

Et cum experimenta ipsa nobis ob oculum ponant veritatem, cur ænigmaticè intelligenda esse Starckeï verba, nobis persuaderi patiamur.

Interea tamen etsi jam ex præmissis materia liquoris alcahest satis innouit, manebit attamen ejus elaboratio & acquisitio difficilis, nec omnibus statim, etsi via sit patefacta, licebit adire corynthum.

Quantas verò vires non Philosophorum Sal armoniacum modo, sed & ex eo exaltatus liquor alcahest contineant, commune saltè Sal armoniacum, & vulgaris urinæ spiritus exinde paratus, obiter testari poterunt.

Quo propius verò ad Sal armoniacum Philosophorum accedit Sal armoniacum ali- quod commune, eo majores vires continere probabile multum erit.

Tale

Tale verò esse supra dictum Salurinæ volatile, ex ingredientibus propriis patet: spiritus etenim subtilissimus, ex proprio acido in oleo & sale fixo contento, adeoque ex propria familia sibi corpus formavit, & factum fuit Sal armoniacum, Philosophorum non multum ab simile.

Cum ergò Sal armoniacum commune, tanquam insigne stomachicum hodiernis Medicis celebretur, quidni multo magis hoc nostrum Sal armoniacum longè illud quoad volatilitatem, & ingredientium puritatem antecellens, lucis immediatum habitaculum.

Non ergò *Thomson* immerito & præter rationem Sal armoniacum hoc Philosophorum, *sub Essentia stomachica titulo describit*: Est enim potens stomachicum, omnium digestionum & ventriculorum vigorem instaurans, & conservans.

Processus ejus obscuris verbis in suis epilogismis chymicis traditus hic est.

Recipe, inquit, Materia fluida, à microcosmo sequestrata ac putrefacta, q. s. octies, nonies vel decies destilletur, pro rei exigentia: singularis distillationis vicibus admisceantur particulas volatiles corrigentia, & mundificantia: Hunc spiritum probè defæcatum per digestionem,

nem, mensis circiter spatio, symbolicis congruis, & ulterius clarifica, donec summam puritatem adeptus sit: Deinde fac ut semel, bis vel ter subtiliores atomi lento igne ascendant. Huic liquori illibato, indefinenter alta petendi, adjiciatur salis volatilis tartari legitime parati portio, ac semel iterum calore quo possibili mansucto eliciatur spiritus, ad omnia paratus, æthere & indolis, qui cum vitilibus nostris intimam & affinitatem, & concordiam tenet.

Hanc esse obscuram tamen Starckeï liquoris alcahestici descriptionem firmiter mihi persuadeo, sed plurima verba à Thomsonsẽ ad occultandum opus superflue adjecta esse Starckeï confirmare mihi videtur, hic namque requirit saltem spiritum urinæ humanæ rectificatissimum, qualem idem hic processus innuere videtur, loco volatilis salis tartari verò spiritum vini itidem rectificatissimum ponit, tanquam fundamenta, bases, & ingredientia liquoris Alcahestici.

Vires præstantes multum describit dictus Thomson in suis Epilogismis p. 50. Essentia nostra Stomachica inquit corroborat, fermenta invigorat, spiritus refocillat, lienis vitia corrigit, flatu discutit, gas sylvestre compescit cicuratque, laticis acorem succos degeneres utentes mulcet.

Partes

Partes ejus subtilissimæ vasa pertinaciter transeunt unà cum sanguine circumrotatæ, quem à sordibus liberant.

Poros cutaneos recludit, ut plurimæ exhalationes nocuæ proscribantur, sic evadit diaphoreticum elegans.

Solatur renes urinam provocans, arenæ genesis prohibens, genitam verò disturbans, dysuriam stranguriamve mitigat.

Dolori colico atque torminibus opitulatur.

Cardiacum præbet eximium, nec non alexipharmacum.

Antiscorbuticum est præstantissimum, acidum ejus malignum retundens.

Antipyreton ministrat singulare, febrium male moratam indolem, ipsamque pestem aliquatenus subjugans.

Affectionem hysteriçam, uteri suffocationem, turorem & indignationem compescit, Fluoremque album corrigat.

Hypochondriacas vexationes placat, Cachexiæ, Hidropi, arthritidi &c. medetur: cerebrum, membranas, memoriam, cunctosque sensus refocillat.

Externè facultatem obtinet anodynam, antidontalgicam, nec gravissimos solum dentium dolores sedat, sed & à carie eos sospitat

fofpitat: & quæ funt plures à Thomfone decantatæ laudes.

Dofis eft à 20. ad 60. guttas, in quovis liquore, vino, cerevifia &c. quavis noctis vel diei hora, quando morbus urget.

Qui hucusque ad tam nobilis menftrui fabricam appulerit, pergat Thomfon, prompte deinceps, fi Helmontii Sophiam mediocriter intelligit, ad ultimam iux intentionis metam absque ductore progredietur.

Luculentiffimè ex his patet, hanc Thomfoni Effentiam ftomachicam, quam hic menftrum nobile vocat, cum Starckeï alcaheft unum effe & idem.

Qui propterea tam nobilis remedii poffeffionem anhelat, fupra indigitatam methodum ex Starckeï mente fibi commendatam habeat.

Qui verò prima ftatim fronte ad tam nobilis remedii confectionem haud poterit penetrare, ob manuductionis expreffæ defectum, is parabilioribus paulo acquiefcat, & fupra defcriptam philofophorum ut vocavi aquilam, vel item Sal urinæ volatile, falis armoniaci philofophici fuccedaneum, quale fupra docui, morbis fupra à Thomfone recenfitis opponat, & effectum obfervabit non vilipendendum,

Sic

Sic in Febris, præprimis quartana, mihi so-
let esse in usu hâc vel simili formula. v. g.

℞. Salis urin. volat. ℥℥.

Unicorn. fossil.

Ossis sepia aa. gr. viij.

myrrha gr. v.

theriac. caelest. gr. j.

ol. garyophyllor. gtt. ij. m℥. pro dosi.

Vel ℞. Chin. de chin. p. ℥ij.

Salis urin. volat. ℥℥.

theriac. caelest. gr. j. m℥.

Vel ℞. Theriac. opt. ℥ij.

conchar. p. ℥j.

Salis urin. volat. ℥℥.

ol. garyophyll. gtt. j. m℥.

In affectibus calculosis.

℞. Nitri preparati ℥j.

Salis urin. vol. ℥℥.

Vel ℞. Ocul. ℥. ℥j.

Salis urin. vol. ℥℥.

Essent. succini meæ. gtt. xv.

Tra anodyn. gtt. vj.

Aq. veron. essentif. q. s. pro vehiculo, & m℥. pro
dosi.

In Hydropo loco diuretici & diaphoretici.

℞. Antimon. diaph. non edulcorati ℥j.

Salis urina volat. ℥℥. m℥. pro dosi.

In Affectibus hypochondr. hystericis & si-
milibus flatulentis.

C

℞. C. C.

℞. C. C. philosoph. calcinat.

Unicorn. fossilis aa, ℞℞.

salis urin. vol.

castorei aa. gr. vj.

cinnab. ꝯ. gr. iij.

laud. opiat. gr. j.

ol. succini gr. ij. m℞. pro dosi.

Vel ℞. Castorei part. iij.

Salurin. volat. p. j.

tritris affundo spiritus vini rectificatiss. q. s. ut fiat Essentia, quam guttatim cum vehiculo conveniente propino.

Has vel similes formulas, mediante sale urinæ volatili, cujus elaborationem superius docui, sæpius concinno, nec frustraneo cum effectu, unde sæpius concludo, quod, cum hoc urinæ volatile Sal, sive rude salis armoniaci philosophici succedaneum tantos præster effectus, multo potentiores vel nobiliores exhibiturum sit in falsum spiritum volatilissimum, sive Sal spirituale redactum hoc nostrum Sal urinæ volatile.

Exhibui quandoque item non absque effectu in convulsivis, & hypochondriacis, colicisque affectibus spiritum salis armoniaci sive urinæ resuscitatum, sed cum in orgasmo sive turgescencia flatulenta, spiritus flatulentos peregrinos jam expansos attenuet, & ad majorem expansionem urgeat agitationemque

nemque propterea, & effervescentiam magis intendere quandoque mihi observare contigerit, nunc cautius agendo notavi, Sal illud urinæ, proprio suo acido fixius quodammodo sibi corpus fabricatum circumferens, securius in affectibus flatulentis effectus suos præstare:

Cautelam ergo hanc Practicis iunioribus, quibus spiritus salis armoniaci multo est in usu, hic in proximi commodum communicare debui, videlicet ut probe distinguant, num affectus, cui dictum salis armoniaci spiritum opponunt, flatibus originem potissimam debeant, tum enim cautius agant, ne flatus subtiles magis subtiliando & expandendo, malum potius augeant, quam minuant: hæc obiter.

Revertamur ad propositam nostram urinam, in hâc delitescere magnale aliquod magnum, & multo plus quam hætenus à tam vili subjecto creditum fuit, præmissa non docebunt tantum, sed & nunc dicenda testabuntur luculentissimè: Quid etenim quæso concludis ex nupero curioso invento Phosphoro, seu Boylei Noctiluca? ego sanè non satis mirari possum curiosum hoc urinæ productum, Lunaris Lucis verum quasi succedaneum: nec dubito, quin Lampada perpetua,

tua priscis seculis cognita, & nostris adhuc temporibus hinc inde reperta, ex hoc fundamento rursus sint quasi resurrectura.

Quo verò curiosis elaborationem insignis hujus inventi faciliorem reddamus, lubet ejus fabricationem hic paulisper pertractare.

Erat ante annos non multos magnus de phosphoris rumor, quilibet jactabat possessionem curiosi hujus inventi, sed possidentes gaudebant, nec mundo communicationem concedebant, donec Nobilissimus in comparabilis Boyle paucis ante annis in singulari quodam tractatulo, sub nomine *Die luffti-ge noctiluca oder neue phœnomena, allerhand phosphoros zu machen* / processum expresse communicaret hanc circumscriptione.

„Recipiebatur inquit satis magna urinae quantitas, hæc partim longo tempore steterat in digestionem, & putrefactionem: ab hac abstrahatur moderato calore omne quod aquosum erat, donec tandem remanentia in mellis vel syrupi aut extracti liquidioris forma restaret. Hæc cum tribus praterpropter arena alba partibus commixta, retortæ forti inmittebatur, recipuloꝝ capaci, (cui aque quantitas inerat) apposito, juncturisque curiosè & exactissimè clausis, furno venti & igni

igni aperto concredebatur: & tum ignis per 5.^{ca}
 vel 6. horas gradatim, donec omne quod inerat
 phlegma & Sal volatile expulsum observabatur,
 postea per 5. 6. horas adeò fortiter intendebatur,
 quantum fornax ferendo erat: Fortissimo hoc
 igne egrediebantur primo nebula, quemadmo-
 dum spiritus vitrioli ascendere videtur, his trans-
 gressis egrediebatur alia quedam species subcœ-
 rulea, lucis & sulfuris ardentis instar, & denique
 cum maximè fortis esset ignis ascendebat alia
 materia priore ponderosior, quæ per aquam ad-
 fundum recipuli cadebat. Omnibus tandem re-
 frigeratis apparebat expectata Luminosa mas-
 sa.

Processus hic & phosphori fabricatio, etsi
 clarè admodum & apertè communicata esse
 videatur, difficultatibus tamen maximis im-
 plicatam esse, ipse testatur Boyle, se ipsum ete-
 nim, licet manuductionibus ritè cognitis &
 adhibitis rem aggressus fuisset, in cassum ali-
 quoties laborasse, mox vasorum, mox circum-
 stantiarum aliarum causa, refert.

Videtur verò rem longè tutius aggredi pos-
 se, si, quæ sunt principaliora, Phosphori consti-
 tutiva exactius paulo examinemus, Sal videli-
 cet urinæ fixum, & oleum fœtidum, uti ipse
 Boyle testatur.

Hæc namque si seorsim prius separata singulari methodo combinarentur, facili methodo & minori cum detrimento vasorum, inde Phosphorum elici posse, credibile facile erit, nec desunt alia quæ hoc mihi confirmant experimenta: edidit namque quidam Theolog. Doct. & Math. Prof. Comierius nomine. Parisiis aliam Phosphori construenti methodum, in singulari de Phosphoris & eorum secreta confectione tractatu, his verbis.

„ Vbi bonam urinæ quantitatem, parum fermentatam evaporare ad mellis consistentiam feceris, immittas eam in terream retortam, (vitream firmiorem fore crederem) & extrahes inde lento igne quicquid reliquum est de phlegmate, videlicet, & spiritu vel sale volatili, usque dum guttis rubentibus Oleum destillare incipiat, quod illicò applicato recipiente alio colligendum est.

„ Augeatur verò tum aliquandiu ignis, ut quicquid inest Olei exeat, & invenies in fundo caluput mortuum, cujus superior pars nigra erit & spongiosa: eam adde alteri prorsus simili materia, quæ in alio vase remanebit, postquam lento igne separaveris omne humidum ab urinoso oleo quoderat in retorta.

„ Ex hæc duplicis materiae mixtura tolles H_{ij}.
 medicam,

medicam, eamq; injicies in retortam fictilem, se-
 ptem libras aquæ continentem, & applicabis re-
 cipiens magnum, lutoq; probè munitis juncturis,
 destilla igne aperto, gradatim eum intendendo,
 donec retorta rubescat, quo viso, ignis augendus
 est per 9. vel 10. horas, ac tunc prodibunt in vas
 recipiens nubecula albæ, quas sequetur materia
 subflava, quæ sublimata formabit phosphorum ad
 interiora colli & latera recipientis.

Is altero mane inde poterit auferri, si vas
 recipiens aquâ frigida lavatum fuit, tum to-
 tam massam in vase vitreo igni lenissimo
 impones, & emerget ex aquâ materia oleo-
 sa, congregabuntur minutæ phosphori par-
 tes.

Omnibus refrigeratis collige massam
 phosphori, & immitte eam in lagenam vi-
 tream, quæ aquâ communi implenda, &
 exactè obruramento vitreo, vel alio suberco
 & vesica claudenda est.

Ex variata hac phosphori fabricatione fa-
 cile quis fundamentum penetrabit.

Discordes sunt processus, & attamen qui-
 libet expectato gaudet phosphoro, ille are-
 nam ad impedendum in igne fluxum com-
 miscet urinolæ sapæ, hic eandem omittit,
 certo signo, principaliora Phosphori consti-
 tuti-

tutiva, & oleo foetido, & sali fixo originem debere, & idem esse an addatur vel omittatur arena pro intermedio quodam, ad fluxum inhibendum dummodo propria terra capitis mortui, vicem intermedii suppleat.

Atque hoc est præclarum & curiosum huius seculi inventum, è cuius fundamento præseum illud urinarum per plurima secula ardentium opus, erui rursus posse, firmiter mihi persuadeo, præprimis cum ex sanguine etiam phosphorum construi posse, quorundam experimenta confirmant.

Sanè hi ex universalitate naturæ enati phosphori, quanto abstrusiores sunt cum suis phænomenis, tanto propius ad increatam Lucem, ceu creati universi centrum, in quo latet numerus, mensura, & pondus accedere videntur: Eosque cum mundi vita esse extratum quoddam à naturæ luce, & cœlesti sulfure concentratis, materiæque ætheræ iisque primi elementi particulis inhærentes, secretioris philosophiæ alumnis non videbitur absurdum, iis præprimis qui excitatiore & altius repetita mentis indagine in operationes & effectus naturæ paulo intimius introspicere solent.

Observamus facillime ex prædictis phosphoris, magnâ lucis copiâ dotatum esse hominem,

whom cum enim ratio
 fides, hinc videmus
 rum concensationem
 que hoc. & ubi multum
 ambigebat hinc concen
 organa hinc concen
 motu & commodata
 Latissimus hinc se esse
 conductiva in hanc
 in prima lecti me
 sedum unctis, & e
 res condita, quæ
 vana videlicet car
 comminatione, ut
 ai impore dictio
 necesse habet a prop
 atque per se hanc
 de medicamentum f
 tandem medicamen
 modolite sint in d
 per, inlibiles. v
 &c
 Cœca sanè ad
 stram tenet artem
 dem ocularem par
 stantem, nobis
 nem, sed tam nego
 dire posse, & cetero

minem, cum enim ratiocinatio lucis potissima fit soboles, hinc videmus necessariam amborum concatenationem, neque enim ratio absque luce, & ubi multum lucis ibi rationis multum subesse hinc concludendum erit, modo organa sint convenienter constituta, & lucis motui accommodata.

Latissimus hic se offerret rerum naturalium constitutiva indagandi campus, cum vero id in prima Medici mei præsentis parte potissimè factum nunc sit, & ex quot & quibus partibus res constent, culter nos docuerit chymicus, ex varia videlicet earum solutione, resolutione, comminutione, repetita coagulatione, puri ab impuro discretione &c. nunc paulisper recedere lubet à proposito, & saltem brevibus attingere titulum medico summè necessarium de medicaminum facultatibus, videlicet, quibus tandem medicamen suas debeat vires, & quomodo istæ sint indagandæ, an calor, odor, sapor, infallibiles virum certatum sint testes &c.

Cœca sanè adhuc caligo in hâc re nostram tenet artem medicam: Chymia quidem ocularem partium, rem quandam constituentium, nobis concedit contemplationem, sed eam negotium hoc nostrum expedire posse, & esse normam juxta quam vires

medicaminum inveniri debeant, ratio veteri videtur: Non etenim tam in partes simpliciores dissolvuntur ejus beneficio corpora, quam transmutantur & transformantur rursus constituentes particulæ, ut hinc quibus principiis singulares medicaminum vires tribui debeant, an iis mixto actu inexistentibus, an noviter transmutatis, generalesque rursus qualitates assumentibus, remaneat dubium.

Helmont tractatu Potestas medicaminum §. 65. Chymica Medicamina artis potius quam naturæ vi nativa agere confirmat, eò quod illorum inertia per ignem parta ac sic immutata sint.

Separat namque inquit chymia fixa à non fixis, quæ prima heterogeneorum est obvia sequestratio: Non pauca etiam quæ antea volatilia erant fixa, & vice versa.

Nos videmus, Plantas tam salubres quam noxias. tam calefacientes quam refrigerantes, ignis tortura præbere aquam, spiritum, oleum, sal volatile, & fixum.

Animalia quæque cum suis partibus, ut ut diversi aliàs & effectus & naturæ, per ignem omnia in genere sal volatile, spiritum, & oleum cum sale fixo fundunt. Interim in tot differentium animalium, & vegetabilium.

lium, & partium, tam volatili quam fixo sale, spiritu &c. vires vix differentes invenimus, cum tamen ex tot diversæ naturæ mixtis enata sint, quæ verò si vires cujuscunque compositi & mixto adhuc inexistentes experiri vellemus, tot experimentis diversitatem effectuum essent proditura.

His ergo artis productis mixti vires debere ortum, certò persuaderi mihi haud patior.

Dantur scrupulosi qui ex aliqua, inter corporis humani partes, & medicaminis, similitudine, dum vegetabilia plurima partis hujus vel illius corporis humani, figuram & similitudinem quandam gerere notantur, ratiocinium petere audent, à Crollio huc invitati, quando inquit : Herba quædam magicè per figuram penitus introsipientem alloquuntur Medicum, suaque interiora in occulto naturæ silentio addita ipsi per silentium manifestant.

Quam levis verò hæc sit virium in vegetabilibus indagatio, Phaseolus docere poterit, quid enim ferè quoad figuram externam renibus similis, & verò vel nullius efficaciz, aut usus esse, in eorundem affectibus, liquidò constat : Nisi incineratione in sal fixum eos redactos intelligere velis, ubi vero notandum, effectum tunc non tam ut sali Phaseoli, quam

quam in genere ut sali alcalico fixo adscribendum venire.

Imò si hæc argumentandi ratio momentum veritatis haberet, Poma, cucurbita, Juglans, & varia similia, hujus vel istius partis humani corporis figuram præsentantia, simili suæ corporis parti specificè competere deberent, quam vilis vero hæc sit argumentandi ratio, etiam Helmont in dispensatorio moderno testis erit.

Ex Odore item ac calore quidam vires medicaminum metiri posse sibi persuadent, quam conjecturaliter autem, sanis notum.

Sapor tandè rem majori cum emolumento exhaurire posse credibile videtur quam plurimis, præprimis cum potissima medicaminis activitas in sale fundata esse deprehendatur.

Sic *acidus* sapor, *refrigerandi*, penetranter verò *morsicans salinus aperiendi*, *Terreus absorbendi*: *Acerbus* verò & *austerus adstringendi* potestate innata pollere, inter hodiernos receptum verè est.

In his tamen nullum acquiescere debere Medicum, Hippocrates, lib. 2. de Dieta docet: Ejusdem etenim saporis subjecta, distinctis sæpius viribus prædita esse, his exprimit verbis:

„*Quicumque igitur, inquit, in summa dicitur, re aggressi, aut de dulcium aut pinguium,*

aut salforum, aut alterius cujusdam consimilis facultate, non recte judicant. Non enim eandem vim habent neque dulcia inter se, neque amara, neque ulla aliqua ejusmodi, multa enim ex talibus sunt quæ & album, emolliunt, humectant, siccantque, similiter & in reliquis sunt quæ adstringunt, item quæ album movent, & urinam cient, sunt quæ neutrum hoc faciunt.

Pro majori intelligentia consideres Opium, Aloen, colocynthidem, ablynthium, chamædrin, centaur. minus &c. hæc gustu explorata amaritudinem tibi dabunt haud longe differentem, cum interim magna in viribus eorundem sit discrepantia, & multiplices eorundem effectus in corpore, quorum tamen ex gustu hoc haberi posse augurium, vix credibile.

Denique si sapida solum, medicamentosa essent referta facultate, & viribus, quid de insipidis dicendum, ea omni medicamentosa vi destituta hinc esse concludi possent: sed quantum hæc sint erronea, vitrum antimonii, & mercurii docebunt ceu insipida omnino, viribus interim maximis dotata.

Quid tandem erit id, tot & tantam in Medicaminibus differentem effectum exserens? & quibus mediis hoc ab iis erui posse credis?

Chy-

Chymiam etsi aliàs excludi in hoc negotio haud debeat, rem haud absolvere modo supra notavimus, cum omnes res per ignem transmutentur & alias formas suscipiant à nativis suis planè differentes.

Sic saporem & huc spectantes tot differentes salium figuras, sive ex cephalicis, vel stomachicis, hepaticis, aut diureticis, & similibus vegetabilibus, aut etiam tot differentibus animalibus emergentes, omnia quoad vires à se invicem haud longè differre audivimus, tam in fixis quam volatilibus.

Nec color, nec odor, aut figura rem expedire vidimus.

Quæ ergo media, et quis modus, medicaminum nobis patefaciet vires? Nullus sanè à priori, à posteriori verò Experientia sola medicaminum detegit vires, & detexit hæctenus.

Quid vero id principalissimum agens, quod tot & tantos differentes effectus denique edit? Est sola millies mille variata rerum, ex tot diversis, aquæ videlicet, terræ, salis, sulfuris, spiritus &c. particulis combinata textura, ubi etiam minima hujus vel illius constituentis particula variata & figuram, & vires, vel effectus immutat.

Hinc

Hinc tot innumeræ Animalium, vegetabilium, Mineralium, imò omnium naturalium rerum, variatæ figuræ, vires & effectus.

Director & Præles sunt Lux & Idea.

Universalis motor Sol est; Lucis Sedes & Thronus, Hæc verò, Lux, ipsam Animam Mundi constituit.

Idea sunt limites & iramites particularum varie inter se textarum, juxta quos Lux se movere tenetur.

Omnium continens corporeum Æther est, incomprehensibilis expansionis altitudo.

Ut singula hæc præter alia huc spectantia dilucidius quodammodo intelligi queant, lubet in propriam memoriam hæc paulo diffusius pro ingenii modulo pertractare, & paulisper hic percurrere ea quæ parte prima pluribus reperies.

Deum omnium rerum primum principium, ex nihilo creasse, Sacræ nos docent paginæ:

Primum creatum erat Cælum & Terra, sive corpus mundi totius, non omni tamen ex parte perfectum, & exornatum, sed rudis quædam & indigesta mōles, ex quibus omnia postmodum creata sex dierum spatio produxit Altissimus.

Philosophi in varias abeunt sententias circa prima rerum principia: *Galenus* quatuor elementa, *Paracelsus* suum Sal, sulfur, & mercurium: *Cartesius* horum loco primi, secundi, & tertii elementi particulas substituit. *Helmont* unicam statuit Aquam rerum omnium materiam primam. Ego huc jungo Terram, salem, sulfur &c. nec unicum modo, sed plura simul concurrere, ad compositi cuiusvis corporis texturam mihi nunc persuadeo: Nec passiva solum hæc esse, sed activa simul credo, cum Lucem in se habeant absconditam, quippe omnia hæc encheiresi artificiosa ex omni aqua separari queunt, quæ aliàs simplici destillatione & exhalatione in ætherem, hæc secum trahit corpuscula principiantia.

Intelligenda verò est aqua simpliciter sumpta, & ut est apparenter talis, non verò à suis contentis particulis separata, & in elementum simplex redacta, quemadmodum possibile arti est.

Erunt hic qui litem movebunt; quod cum Deus primo creavit Cælum & Terram, cur hic aliam ponamus materiam, aquam videlicet.

Ut aliorum pace respondeam, credo Cælum hic sumi pro aquâ expandenda, Terram verò

vero huic commixtam constituisse tenebras,
in Sacris post coelum. & terram positas.

Aquam verò integræ massæ fuisse conti-
nens, subitò insequentia *Spir. S. verba* innue-
re videntur, quæ *Spiritum Dei Aquis*
incubisse, expresse ponunt.

Primò *Cæli & Terræ* fit mentio, & statim
post *aquarum*, quibus spiritus Dei incubebat:

Verisimile ergò admodum videtur, hæc
omnia confusam quandam denotare *massam*,
ex quibus postmodum *Altissimus depromsit &*
exornavit omnia:

Nec insequentia nobis abnuunt verba,
quæ terræ ab aquâ separationem expresse po-
nunt.

Videtur ergò confusum hoc caos fluidam fuisse
massam, sive *aquam*, quæ tam *cælum* sua expan-
sione postmodum constituit, quam *& terram*, soli-
diores videlicet *particulas*, à luce sive calore in-
sequente magis magisque condensandas (ut variis
tum inservirent creandarum & perficienda-
rum rerum texturis, *in se continuit*,

Veritatem assertionis aquam videlicet pri-
mum esse rerum omnium principium, omnia
corpora naturalia docebunt, ex quo etenim
quid constat in id resolvi rursus posse *verissimus*
creditur *Canon*.

D

Hocque

Hocque verum esse supra cum de alcahest
ageremus sufficienter audivimus: Requiritur
tamen artis opus, quo omnia subter hoc jugum
se trahi patiantur.

Quin imò *imperscrutabilis aquæ essentia no-
bis primum aliquid esse quod nil fuit ante creatio-
nem indicat.*

Videmus quidem aquam visibile esse &
palpabile corpus, quid verò sit in se ipso, nullus
adhuc docuit.

*Conjecturaliter est infinita quasi congeries mi-
nutissimarum atomorum, essentialiter indivisibi-
lium, spiritaliter in se convolutarum, ex quarum co-
piosa congerie primum guttula, tum ex plurimis
guttulis gutta major; ex majoribus rivus, & tan-
dem ex his fluvii, & denique maria ortum suum
trahere credibile omnino. Ex his verò tunc re-
trogrado motu, calore scilicet vel luce rursus mo-
tis fit gutta, ex guttis vapor, & tandem atomus:
Exque his rursus frigore ætheris & caloris absen-
tia præcipitatis atomus aqueis, fit gutta, pluvia, flu-
men &c.*

Ecce circulum in quo rotantur omnia
principia, ex invisibili ad visibile, & contra.

Ex dictis item atomis aqueis, atmosphæ-
ram, ærem vulgò constitui potissimum, hinc
patet, quod facili methodo ex aëre aqua elici-
atur, nubes, nix, pluviaque generentur.

Cognosci.

Cognosciturq; quæ ex his hujus principii nunquam vel nullo artificio perituri universalitas, quo vis modo namque in corporibus alteretur, & in corpora varia lucis beneficio transformetur & transmutetur, manet attamen Aqua quæ semper & ante fuit.

Hujusque ope nullum admittitur vacuum: Adeò etenim expandi vel extendi potest, ut nulla humana potentia amplius extendi possit, quemadmodum id probat antlia suctoria: Postquam enim hujus ope aquearum atomorum, vulgò aëris copia extracta est, tunc particulae residuæ, ex suâ aliàs ordinaria spirali figura extenduntur in longum & latum, (membranae instar) sibi verò ita intricatæ, & adeò potentissimè cohærentes, ut in majus spatium illas extendere nulli potentia humanæ possibile amplius sit: Hinc evenit ut globus, ex quo atomi illæ sunt extractæ, licet ex partibus sibi invicem haud adglutinatis constet, nullâ attamen vi divelli se patiatur, donec aëris accessus permittitur rursus.

Nec contra rationem fore crederem, si mundi & cœli cohærentiam huic fundamento inniti dicerem.

Cœlum etenim ex talibus expansis aqueis constans atomis, mundum in suo detinet centro, nec corporibus nisi summè

subtilibus, veluti sunt astra, locum concedere potest.

Præter hoc dictum modo universale principium materiale & passivum, Deus immediate post, creavit *Lucem*, subtilissimam illam, penetrantissimam, & semper activam massam, quam verò postea Soli, & stellis reliquis à tenebris separatam indidit, Atque ex universalibus primis tum omnia reliqua formavit, gradatim verò omnia.

Porro in corporum resolutionibus occurrunt quedam & emergunt, quæ universalium censi vix eximere possumus, *Sal* videlicet & *Sulfur*.

Sal lucis specificum habitaculum est, ex singulari, terræ purissimæ, & aquæ atomis magis diaphanis inter se textis, commixtione enatum; Quo enim quid esset cui se intimè lux commiscere, ut manibus tangi, & pro tot innumeris texturis accommodari posset; Deus *Sal* creavit, ut quid esset quo se investiret. *Omni-um enim rerum ferè ultimum solidum Sal est*, id quod alcali in vegetabilibus, & animalibus, acidum verò in mineralibus manifestat.

Sulfur sali originem debet, & multum terræ continet, hinc in genere metallorum potissimum constitutivum est.

Atq;

Atq; hæc sunt principaliora rerum omnium constitutiva, tam activa quam passiva ex quibus variè variatim inter se textis, & cœlestia, & terrestria corpora originem trahunt, à supremo Mathematico ita disposita, ut ex earum vario & incomprehensibili ad invicem respectu, situ, proportione, surrexerit, tanta rerum varietas in Mundo.

Et postquam nunc Deus omnibus activam Lucem, seu rectorem, & motorem simul infudisset, tum omnibus benedixit, verbo, crescite & multiplicamini.

Merito ergò Altissimus, qui primitus omnibus benedixit, exorandus, ut benedictionem suam à nobis non auferat, sed eam nobis porro concedat, ut vicari^o motor corporeus Lux, liberum, juxta ordinarios corporis nostri limites & tramites servet & propaget motum, ut nos bona fruamur valetudine in sui gloriam.

Jam moto Sole moventur omnia, pro varia quidem textura variè.

Exq; hoc movente, & textura cujusq; rei ordinaria, generatur rei semen, quod in minima mole totius rei essentiam, & figuram, s. texturam continet: Pereunte ergò corpore relictum semen texturam consuetam propagat, quæ, tum convenientibus augetur partibus,

culis, tam ex vario cibo & potu vel alimento, quam ex aëre adsitis. Pereunte verò creatura, particulæ suo nexu solutæ in auras, vel terram rursus abeunt, novis rursus vel aliis corporibus applicabiles: In mundo namque nihil mortale, sed omnia sunt vitæ plena, quando enim creatura desinit sentire, moveri, rationari &c. vita saltem ex gradu quarto, & tertio, in secundum, & primum transfertur rursus.

Ortus ergo & interitus rerum, perennis est circulatio, ubi particulæ salis, sulfuris, terra, aquæ, Lucis, mox hujus mox illius rei textura accommodantur: Sic ex constitutivis hominis post mortem resolutis, & in aerem regressis partim, alia animalia vel creaturæ pabulum petere possunt.

Nil enim in natura est quod hominem ab aliis animalibus distinguat, quam Anima rationalis, & propria, sive specifica textura

Terra, aqua, Sal, sulfur, oleum, Lux &c. universalia sunt, & omnibus communia; & tam cito illæ particulæ, quæ hominis texturæ jam erant communes, mox bestię, aut vegetabili, vel homini alteri, applicari poterunt, atque ita quasi ex hominum constitutivis fieri constitutiva bestię, vegetabilis, & contra.

Atque

Atque hoc est, quod fortè Pythagoreorum errori ansam ministravit, quando migrationem animarum statuunt :

Si de Brutorum anima, ceu materiali vel illa Mundi universali, id crederent, cum eis non litigaremus; sed de Anima hominis rationali id credere, Sacra scriptura vetat.

Notandum verò particulas dictas universales aquam videlicet, terram, salem, sulfur, &c. exque eis variè contexta corpora, in nullam transmutari formam, v. g. quando caro bovina, agnina &c. ab homine vel alio animali comeditur, non transformatur in formam hominis, aut animalis à quo comeditur, sed particulae bovinæ, agninæ, &c. hâc vel alia textura, & proportione inter se dispositæ, postquam in ventriculum hominis pervenerunt, tum ibi intalem posituram & proportionem ponuntur, quæ texture corporis humani competit.

Notamus hinc corpora omnia tum cœlestia, tum terrestria, constare ex particulis substantialibus, & non nisi accidentaliter distincta esse.

Sic item *Calor, albedo, nigredo, rubedo, item frigus, calor &c. non sunt accidentia, sed substantiæ corporeæ à taliter & taliter constitutis corporum particulis & potis ortum habentes.*

*Nulla ergò sicut accidentia in mundo, quam
situs, figura, & propositio mathematica.*

Particulis verò substantialibus ab aliqua vel intrinseca vel extrinseca causa ab invicem divisis, & rursus à Luce alio modo commotis, & dispositis, vel ex toto, vel ex parte, fit & componitur aliud ens, corpus, aut compositum.

Ex particulis verò variis, adeò variatim inter se dispositis & contextis, relinquuntur interstitia sive pori, pro differentia particularum differentes, quæ æther cum variis suis contentis particulis permeare & penetrare potest, adeò non datur continuum in mundo, sed contiguum saltem.

Non tamen pori, omnes indifferenter admittunt particulas, sed quandoque eas saltem, quas ratione figuræ permittere possunt: Sic pori triangulares non admittunt corpora sive particulas quadratas, ejusdem magnitudinis &c.

Si præmissa in specie corpori humano applicamus, & sanum & morbosum ejus statum, juxta ea metiri optimè possumus.

Sana ergo potest dici corporis humani machina, quam diu particulæ à nativitate legitimè inter se contextæ, hanc conservant texturam, & Luci cum æthere & aliis, hujus
con-

contentis liberum concedunt motum, & transitum convenientem, nec in excessu nec defectu peccantem.

Morbosa verò eadem est, quando ordinaria textura vel à natura, vel alio quodam errore, vel in totum vel partim alterata apprehenditur, ac *Aetheri* cum contentis & aliis ad conservationem spectantibus requisitis, neque locum, neque motum debitum concedit, & vel in excessu vel defectu.

Innumerabilis morborum series huc trahi posset, sed cum hæc in specie ad Pathologiam spectent, specialius nos non immiscemus, utpote qui brevibus generalem naturalium & præternaturalium rerum, ad corporis humani structuram pertinentium inquisitionem, hic intendimus.

Progrediamur ergò paulisper ultrà, & quænam sint *generalia morborum constitutiva* perlustreremus.

Hæc in *Activa* dispescimus, & *Passiva*.

Activum, & universale omnium morborum causa *Lux est*, principalissimum subtilissimorum nostri corporis, spirituum videlicet constitutivum, primum vitæ nostræ & motus principium.

Ejusdem etenim facultatis esse illud quod sanas perficit actiones, quam quod præterna-

turales, inde patet, quod destructo per mortem isto principio vitali, & morbus, & sanitas cessent.

Illud jam vitale principium Lux, quamdiu juxta suos in corpore naturaliter constitutos limites & tramites, texturam videlicet cujusque partis convenientem, in motu suo debite perennat, tam diu sanum est corpus.

Quam primum verò pro texturarum variatarum, & præter naturam immutarum turbis, à suo aliàs consueto motu desistere cogitur, & interrumpatur, tunc morbus præsto est, vel denique mors.

Præter hoc universale, & sanitatis & morborum omnium primum principium & efficiens activum, dantur *Occasionales* innumerabiles *morborum cause*.

Inter hæc verò dantur quædam *simul activa* secundariè, quæ luci commixtæ ejus motum & actionem sufflaminare, & interturbare videntur, suntque *principia* supra notata *activo passiva Sal & sulfur*.

Hæc cum Luci amica sint, & Lux eorum conjugium libentissime ferat, quovis modo etiam illa sint, vel ætheri immixta, vel cibus variis intertexta, facile, ubi textura corporis vel hujus aut illius visceris contrarians, eis
cum

cum luce transitum liberum vel non, vel nimium concedit, morbi generantur.

Et quidem salinarum, luci vel in æthere commixtarum, vel in corpore ex cibo & potu immiscendarum culpa, quando poros corporis pro tot visceribus & humoribus varios, æqualiter & ubique penetrare, & pertransire libere haud possunt, & vel hic vel alibi hærent, generantur morbi ut plurimum chronici, ut sunt vulgo Hypochondriaci, nephritici, Podagra, arthritis, Apoplexia, Epilepsia &c.

Nonnunquam etenim plures in annos, in poris hujus vel illius partis hærent particule contrariantes, quæ tandem capientes incrementum, ex causis prædictis morborum producunt, sanguinique tum vel reliquis humoribus adductæ, eorundem simul ordinem, & poros, perturbant.

Quæ ex aëre huc symbolum addunt, peregrinum ætherem vocant alii.

Est verò Æther expansum, sive locus, in quo est congeries corpusculorum Terraqueorum, salinorum, sulfuræorum, metallicorum, animalium, vegetabilium, vel pluribus junctim unde nubes, vel disjunctim unde serenitas. Ex hoc omnia Dei creata pabulum suam petunt.

Quando

Quando jam mediante aëre nobis adveniunt particula, quæ texturis & poris nostri corporis, & ejusdem contentorum haud respondent, & molestiam creant, tum peregrinum aetherem adductum fuisse dicimus.

Sulfureatum, utpote activo passivarum particularum culpa, potissimū generantur morbi acuti, vel ex aëre corpori advehantur, vel in corpore ex cibo & potu conveniente generentur, & lucis motum intendunt:

Copiosam etenim Lucem sulfur continet, & cum illa huic inviscata sit viscositate aquæ saltem, & Sal simul, aliàs immediatum Lucis domicilium, copiosum insit: tum hæc dupliciter vires addunt, nec mirum, motum tum intendi vehementissimè, qui fluorem sulfuris intendit, in omnimodam corporis perniciem.

Hæc verò occasionales, sed activæ simul causæ, potentiis istis Hippocraticis, Acido, amaro, dulci, acerbato, austereo, & infinitis talibus, varie contextis, innatant quasi: Quæ si sunt temperata, nec inordinato motu animi pathematum, nec aliis reliquarum rerum non naturalium erroribus, &c. texturas debitas, vel vias ordinarias laceffunt, nec Lucem quietè agentem intendunt, tum corpori conveniens ministrant, pro partium conditione, pabulum. Si

Si verò peccent vel in excessu, vel defectu, vel animi pathematibus, aut alio rerum non-naturalium motu sollicitantur, & pervertuntur, tunc nec conveniens corpori pabulum, nec luci motum debitum foenerare possunt, atque ita tandem generantur Morborum occasionales causæ, merè passivæ, Texturarum videlicet vel corporis, & ejusdem viscerum, vel contentorum sanguinis, & humorum reliquorum, præternaturales, inversiones, quoad figuram, situm, pondus, &c.

Supra, Lucem morborum causis activis, & quidem ceu primarium efficiens adscripsimus, sed absque distinctione.

Est vero Lux efficiens morborum causa, vel per se, vel per accidens.

Quomodo per accidens morborum sit causa, ex modò præmissis patebit.

Per se vero fit morborum activa causa, quando absque sensibili planè materialis textura & contentorum vitio videmus sanam corporis constitutionem & actionem inverti.

Tales verò morbos Helmont Ideales vocat, & oriri mihi videntur ab irritato Lucis direttore Anima videlicet nostra, hæc etenim sibi format imaginationes & indignationes varias, & cum ejus vehiculum ipsa lux sit,

sit, hinc subita est impressio & alteratio, proptereaque à suâ ordinaria actione & motu, cui quiete vacabat, paulisper sufflaminata, & perturbata, totam corporis machinam simul, inordinato motu molestat, & contenta subtilia alio motu, quam texturæ conveniens est, movet & rotat.

Alio verò modo afficit ira, alio terror, alio amor &c. quando tamen vel hoc vel illud animi pathema crebro repetit. tum habitum tandem Luci imprimit, ut tunc sæpius nulla prægressa causa, eundem motum, texturis aliâs corporis haud convenientem repetat: Et ubi antea juxta ductum organisationis corporis & contentorum, naturaliter agentes, corpus in tranquillitate regebant, & ejus actiones in quiete perficiebant, jam in contrarium hæc peragunt, & varias turbas ac molestias corpori adsciscunt.

Et dum hæc ita in consuetudinem deveniunt, tum item Organa aliâs naturaliter texta, jam sibi accommodant, & aliter texunt, quam à primo ortu, & à natura ita texta erant, ac ita aliam naturam homini deferunt. Ubi deinde omnia juxta ductum organisationis vitiosæ peraguntur.

Sic videmus Epilepticos, &c. motus, nobis in vitis, & non advertentibus, sæpius repetere

ex

ex consuetudine tam agentis, quam & organorum jam dispositorum causa, non aliter ac nos quandoque etiam citra advertentiam solemus cantillare, vel aliud agere, ex assuetudine ita commota phantasia, & hinc motis spiritibus: vel dum in somno nonnunquam loquimur, & talia agimus citra prævium voluntatis imperium, qualia nobis interdum fuere consueta.

Habitu jam præternaturali confirmato, facile morborum hæreditariorum esse resultat.

Motus etenim Lucis sive spirituum præternaturalis, habitum nactus, succi nutritii particulis omnes corporis partes permeantibus, & in semen tandem collectis impressus, posteris communicatur.

Sic præter morbos subtilissimos, Ideales propterea vocatos etiam phthisis, Arthritis, Podagra, calculus &c. hæreditariè, quibusdam corporibus accidunt.

Cum enim in his morbis habitum nunc nactus, non spiritus tantum præternaturali motu assuescere cogantur, sed textura etiam partis alterata non alium concedere possit motum, hinc tam motus illorum præternaturalis, quam & textura alterata semini imprimitur, quod tum quasi sub Idea malum
pro-

propagat, quod tum perfectis & dispositis organis, vires suas, & motum redintegrat.

Est ergo Idea, sive typus nil aliud, quam sub minima seminis mole, & Lucis & texturarum, corpori consuetarum, quasi extractum, sub minima quasi atomo, occultatum magnum corpus cum omnibus requisitis continens.

Atque hæc sunt præterpropter corporis nostri, & secundum & adversum, sive sanum & morbosum statum concernentia constitutiva, & principia, brevissimis tradita.

Jam circa medicamentum operationes & effectus paulisper adhuc immoremur.

Videntur verò pari ratione, & morbi & medicamina, inter se convenire, quod etenim corpus quoad texturam, vel sui ipsius, vel viscerum, vel contentorum fluidorum ratione perdidit, in medicina restituit, & quod superfluum his accessit, eorundem texturis disproportionatum est, in medicina vel demit, vel corrigit.

Quemadmodum ergo morbi variant ratione texturarum vitiosarum, vel continentis vel contentorum variorum corporis, ita variare conspicimus, medicamina, tam quoad texturas varias, quam hinc quoad vires.

Patetq;

Paterque hinc quamlibet herbam, radicem, semen, &c. ratione suæ externæ formæ siue texturæ, inter se diversa, simul ratione virium etiam diversas edere actiones.

Et cum unicæ cuidam causæ morbus debet ortum, v. g. quando unica tantum corporis pars, viscus, aut humor, quoad texturam deviat, tum unico etiam convenienti remedio ea rursus restituenda & restauranda.

Et hoc est quod Helmont maximè prædicat, quando Felicem illum vocat Medicum, qui crudis simplicibus morbos tutò & promptè tollere novit.

Plurimorum enim simplicium mixtione, variæ inter se miscentur texturæ, quæ tunc sæpius plus obsunt quam profunt: miscentur verò hoc modo plerumque fixa volatilibus, acida dulcibus, vel amaris, terrea oleosis &c. ac ita hæ diversæ inter se commixtæ texturæ, effectum simul mixtum intendunt & quid hoc commodi, illud incommodi adsciscit.

Specificæ ergò tam morbifarum partium, quam medicaminum texturæ probè scrutentur, sic invenies in una sæpius herba tantas vires, quas nullum præstabit compositum: Nec opus erit pluribus id quærere, quod unicum dabit: atque valebit illud quod in

E

prover-

proverbio est, quòd fieri potest per pauca, non debet fieri per plura.

Omne namque medicamentum assumptum, quando ultra primas vias pergit, æqualiter in omnes partes juxta circulationis leges fertur: ubicunque tunc invenit texturam disproportionatam, in eam agit, & poris convenientem texturam restituit, vel expellendo peregrinam additionem, vel corrigendo eam, vel restituendo id quod ablatum est.

Sic observamus, cum acidum morbi causam constituit, & texturam vel ventriculi, vel pancreatis, vel uteri, vel massæ sanguinæ molestat, & invertere nititur, unicum sufficere quandoque salis armoniaci spiritum, vel aliud absorbens.

Hâc ratione Opium non minus sistit fluxum alvi, quam fluxus reliquos, sanguinis, vel narium, vel uteri &c. nec minus sistit dolores nephriticos, quam colicos, aut Podagricos &c.

Ubi ubi etenim medicamen invenit id quod contrarium est suæ texturæ, particulis & poris, ibi id invertere, & in suam naturam convertere nititur.

Hâc ratione item sæpè medicamen pro sanitate morbum infert, & pro vita mortem: quem-

quemadmodum sæpius audiuntur ægrotorum querelæ: die Arznei ist mir sehr übel bekommen: & hoc à præpostera medicaminis adhibitione, ubi id non exhibitum fuit quod ratione suæ texturæ, texturam mali invertere poterat, sed tale, quod pro suæ texturæ conditione, vel texturam mali auxit, vel novam induxit, ac ita afflicto majorem afflictionem addidit.

Venena huc trahi possunt, utpote quæ ratione suæ texturæ, & particularum, idem præstant quod medicamē haud conveniens.

Propterea non dantur venena absolute existentia, sed respective saltem, ad hoc vel illud subjectum vel genus.

Sic dantur subjecta, quæ homini sunt venena, animalibus verò quibusdam alimenta.

Dantur etiam res quæ huic homini planè sunt contrariæ, alteri non.

Atque huc Antipathiæ cum sympathiis spectant.

Fundamentum verò omnium *consistit in sola disproportionē*, dum effluvia, texturæ, & pori, hujus corporis, alterius corporis texturis, poris, & effluviis non quadrant, nec se recipiunt, aut recipere possunt.

Quemadmodum verò hæc vulgò intelligunt in corporibus majori mole præditis,

pari modo intelligi debent in minimis, nam minima atomus salis, tam est figurata, & convenientem suam habet texturam, quam integrum & maximum salis granum, &c.

Hæc de simplici remediorum applicatione, ad morbum quoad texturam simplicem dicta sint.

Longè major se exerit difficultas in applicatione remediorum, quando non unius partis solum, sed plurium corporis partium texturæ discordant: v. g. quando textura stomachi à peregrina quadam materia discordante laessitur: & Hepatis textura vitiosa, haud convenientem legitime segregat bilem; Et renes à calculis quoad texturam immutari, vel sanguis, vel lympha, & infinita talia à debita sua & naturali proportione immutata observantur, ac corpus non uno sed pluribus excrucietur morbis:

Hic labor, hoc opus! non simplici tum medio, sed tali aggrediendus hostis est morbus, quod pluribus dotatum texturis & viribus constat.

Vel si morbus inducias det, primo levius malum, dein reliqua, si potest fieri, successive eradicentur.

Alia porrò requirunt remedia morbi spirituum, sive à Luce pronati, hi etenim à sub-

subtili, materiali tamen, (uti Phosphorus docet) causa originem habentes , subtilibus etiam , Lucis multum concentrati, continentibus, indigent remediis , qualia in mineralibus & metallis, nobis obvia sunt , talia item ex vegetabilibus, & animalibus, spiritus, item & Olea, nobis suppeditant.

Alia denique exigunt remedia Ideales morbi , pro variis tamen causis variantia, sic Imaginationis vitio enati, vix aliter, si curabiles adhuc, quam imaginationis contrariæ firma persuasionem mutantur in melius.

Hæreditariorum omnium cura vix promittenda est.

Hæc sunt brevissimis ea quæ tam sanum, quam ægrum constituunt hominem.

Cum verò adeò intricata, diffusiores exigent explicationem , & omnis ars Medica huc trahi deberet, quod tamen non hujus loci, hinc pro paulo majori saltem explicatione notentur *Cânones sequentes.*

Omnes creatura Dei, quam subtilissimæ etiam sunt & minimæ, sunt substantia & corpora: Deus etenim nil creavit nisi corpora.

Lux ergò est substantia, subtilissima tamen propterea que vita Mundi, & omnium aliarum creaturarum, movet Solem, Lunam, Stellam omnes, imò terram suo modo in
E 3 *Æthere,*

Æthere, Lapides cum reliquis mineralibus & metallis, vegetabilia item & animalia movet, vegetat, nutrit, sentire facit &c. substantiam esse phosphorus saltem docere poterit.

Quo plus ergo Lucis corporibus inclusum est, eo corpora sunt agiliaora, vivaciora, fortiora & contra.

Sic quæ Mineralia, Metalla, Vegetabilia &c. multum lucis continent, ea magis sunt activa, & contra.

Hinc ex Minerali Regno excellit Aurum, ex Animali Homo, ex vegetabili Vinum, utpote lucis plurimum continentia, & plus quam reliqua.

Calidum sive calor non est aliud nisi lux; Et quo plus lucis adest, eo multum caloris subest.

Sol concentrata lux est: Et cum Lux omnis motus Author sit, hinc quo plus lucis, eo multum motus adest.

Hinc Sol lux concentrata velocissimum perficit motum, tum Luna, & reliquæ stellæ minus lucis continent, segnius item moventur.

Ne verò Lux concentrata Sol, omnes corrumpere creaturas, particulas earundem dissipando, creavit Deus Cælum sive Ætherem ex Aqua, antequam crearet Lucem, & Solem

Solem ex hâc : Propterea Lux & tenebræ
five calor & frigus, sunt corpora dispropor-
tionata, & dispartata, non verò contraria.

*Nec idèò frigus in æthere cessat unquam, sed
alteratur saltem, quando ejus poros ingrediuntur
Lucis concentrate particula :* Egredien-
tibus vero ex ejus poris igneis particulis,
ætheris pori concidunt rursus, & constri-
nguntur.

Quod si vero simul & uno quasi momen-
to corporis cujusdam pori, subito accedente
frigido æthere constriquantur, & concidant,
ut lux intus manere cogatur, tum tale cor-
pus intus quidem vivit, sed extus immobile
sentitur, quemadmodum accidit animalibus
nonnullis, hyrundinibus præprimis, &
muscis, qui poris tandem calore reseratis, re-
suscitantur rursus, & vivunt plenam vitam.

Siccitas ætheris, & sonora qualitas, est à
subtilissima illa aquarum atomorum in lon-
gum & latum expansione incredibili.

Cœlum ex Aquæ atomis summè extensis
constare, vel aquam ex subtilissimis cœli
atomis condensatum esse corpus, idem est :
sunt enim unius Essentiæ, quia conveniunt
in fluiditate, frigore, & imperscrutabili am-
borum principio : Ex quâ etenim materia
constent, Deus novit : primum etenim re-

rum omnium principium ex nihilo creasse Deum, Sacræ nos docent paginæ.

Aërem vocamus congeriem minutissimarum particularum, Terræ, aquæ, salis, sulfuris, vel atomorum, corporum ex his compositorum, scil. Animalium, vegetabilium, mineraliumque.

Hæc variè confusa, per multa milliaria in altum ascendunt: Quo magis verò ascendunt, eo magis à frigore ætheris alterantur, atque ea quæ compositi adhuc habent aliquam proportionem, tandem disuniuntur, & in purissimas principiantes particulas rediguntur rursus.

Unde etiam est, quod, quo altius ascenditur, subtilior notetur aer, ultimo tandem nullus amplius.

Hinc in æthere absque aëre nullum animal vel compositum subsistit, aut vivere potest, quia ibi particule constituentes, nutriendes & conservantes desunt, & æther frigidus omnia constringit, nec nisi subtilissima Luci, sive solis & stellarum atomis, subtilissimo motu agitatis, locum concedit.

Cum verò Aër constet ex variis corpusculis, quæ naturâ suâ centrum terræ perunt, hinc aër non est levis, nisi quantum rarior est corpore compacto.

Sol

Sol specificè Lucis sedes & thronus est; Reliquæ stellæ (hæc tamen præ aliâ) magis vel minus lucis habent, & propterea item vel velocius, vel tardius moventur.

Cum vero stellæ sint corpora, hinc quælibet stella, sicuti terra, suam atmosphæram habere creditur, quibus vario modo inter se, pro ratione aspectuum comotis, simul commovetur atmosphæra terræ-aquea, seu aër cum suis contentis mobilibus, & ex vario & diverso motu, fiunt & sunt tot diversi effectus, motus, incrementa, & decrementsa, sanitas & morbus, tam in Animalibus, quam vegetabilibus, & mineralibus.

Quemadmodum verò Atmosphæram Terræ-aqueam nostram ex variis vidimus constitui particulis, tam compositis, quam simplicioribus, simili modo & Stellam quamcunque, pro texturæ ratione & motu è constitutivis enato, differentes habere exhalationes, & particulas, & propriam suam atmosphæram, à quâ diversus effectus enascitur, obiter saltem testari poterunt ab Astrologis prædicata Astrorum temperamentsa, quando Luna frigidissima & humida, Mars è contra calidissimus & siccissimus, Venus verò & Jupiter humidus & calidus, Sol temperatissimus, Saturnus frigidus & siccus,

Mercurius vero mox humidus, mox frigidus &c. statuitur.

Longè verò alias exhalationes fieri, & motus, è corpore frigido quam calido, longè alias ab humido quam sicco, &c. atque sic è stella, ex multa luce, parva verò sulfuris, salis, terræ &c. quantitate, vel parva lucis, magna vero sulfuris, salis, terræ &c. & infinitis similibus inter se mixtis, constructâ & textâ, differentes quoque motus, differentes item exhalationes, & effectus ortum habere, tam verum esse quam verissimum, artificiales stellæ, Phosphori videlicet, sive materiæ noctu lucentes, testari poterunt.

Cum enim Phosphori dicti ex variis constructui queant subjectis, multum differentibus, v. g. ex urina, qualem supra descripsimus, deinde item ex spiritu nitri & creta, vel ex aquâ Forti & calce vivâ, saccharo, item, sanguine, & aliis differentibus materiis: Hos verò Phosphoros, sive noctilucas, cum, quemadmodum quoad differentia subjecta, & particulas constituentes, ita etiam quoad lucem quam fundunt, tum quoad exhalationes, & insequentem odorem, multum variare conspicimus: Quidni ergò sulfuræ, salinæ, terreæ, & aliæ cum luce inter se variè contextæ particulæ subtilissimæ, stellas inter se multum

tum

tum differentes, hinc differentes motus, differentes exhalationes, & ex his differentes atmosphæras, differentes item effectus producentes, & vel huic vel illi animali, vegetabili, vel minerali, pro particularum æquali proportione vel disproportione magis vel minus amicos & convenientes, constituere poterunt.

Statuminato itaque ab astris atmosphærarum particularium fundamento, facile concipere erit, quomodo astrorum influxus in hæc sublunaria fiat, in hunc modum, nimirum ex vario & diverso astrorum sive stellarum cursu & motu, diversimode se contingere item solent, dictæ stellarum atmosphære variæ, quæ verò, cum particularum diversarum constituentium, & multum sæpius sibi contrariantium, vel disparium ratione, pugnam inter se instituant, vel effervescentiam, sicuti ex variis phænomenis chymicis videre est; ob velocissimum verò motum disproportionatæ particulæ, nulla concessa mora, se invicem tam subito conjungere haud queant, hinc illæ, ab ordinario atmosphære, cum stella motu, alio motu à se invicem instituto implicatæ, arque ita à suâ ordinaria atmosphæra derelictæ, & tumultuantes, se mutuo deorsum præcipitare, quia

in æthere nullibi, nec moram nec proportio-
 natum quid reperiunt, coguntur, atque tum
 ad atmosphæram nostram, à tot innumeris
 stellarum motibus, propulsæ, eam concitant,
 & motum pro suâ natura ei imprimunt, à quò
 tum ad animalia, ad vegetabilia, & mineralia
 delato, tot differentes effectus enascuntur, tot
 tempestatum mutationes & variationes ac-
 cidunt, & venti oriuntur tam ordinarii, quam
 extraordinarii:

Hi verò effectus tam diu durant, quam diu
 contrariantium atmosphærarum motus & ef-
 fluvia, effervescentiis dictis, & stellæ sive Pla-
 netæ diutius se contingentes & aspicientes
 pabulum suppeditant.

Ex particulis verò, ab æstorum atmosphæ-
 ris derelictis, & præcipitatis, varia alia oriri so-
 lent phænomena, v. g. Fulgura, Fulmina, &
 alia meteora.

Sic quando præcipitata particula pluri-
 mum sulfuris continent, tum illæ in atmo-
 sphæra nostra (ob calorem Solis magnum
 nonnunquam, uti accidere potest, in monti-
 bus reflexum, ac sic concentratum) incensæ,
 fulgura concitare solent.

Si vero eadem sulfureæ particula contra-
 riantes in nostra atmosphæra offendunt
 particulas, tum hæ ambo ingenti fermenta-
 tione

tionem concitata, & velocissimè commota, aërem subito dilacerando, fragorem maximum edunt, pulveris pyrii sclopeto inclusi & accensii instar.

Et cum plerumque mixturis illis, ex acido sulfuris subtilissimo, & volatili alio sale, se terrea immiscere soleant particulae, hinc Fulmina, fulgura &c. deorsum semper suum perficere motum observamus, & vel sine, vel cum cuneo.

Viderur verò cuneus talis confici uno quasi momento, ex particulis proportionatis lapidum, in atmosphæram ex terra delatis, quæ lapidifica sua idea adjunctæ, subito se jungunt cum istis fulgurum constitutivis, & à calore concentratæ, lapidem constituunt, cum impetu omnia diruentem.

Solent quandoque æstate oriri nebula vaporum forma, foetidum vel sulfureum odorem communicantes, has à magis liquidis subtilibus & spirituosis particulis salinis, sulfuricis, vel ex terræ aquæ globo sublimatis, aut in atmosphæra saltem genitis, constitui, experimentum hoc mihi testari viderur: Nimirum confundebam aliquando spiritum nitri admodum subtilem & volatilem, cum spiritu vini itidem rectificatissimo, in angusti colli vitro, non capaci, & ecce in momento, præter omnem

omnem spem, omnis liquor ac si è sclopeto eiectus fuisset, in supremo hypocausti tabulato hæret, totum hypocaustum vapore ingentireplens, atque ita uno quasi momento perditus erat liquor, quem plurium dierum labore acquisiveram.

Sic dantur spiritus tales subtilissimi, qui guttatim confusi in momento accenduntur sine ullo igne, & fragorem edunt incredibilem, non aliter ac fulmen.

Ex quibus concludendum erat Fulgurum & Fulminum differentes effectus, ex tot sæpè differentibus eorum & subtilissimis constitutivis ortum habere: Nec causam Fulgurum & Fulminum in corporea visibili mole, nisi quando cuneus est formatus, sed potissimum in subtilissimis consistere effluviis, tam à supra dictis stellarum atmosphæris, quam à supra dictis stellarum atmosphæris, quam & ex globo terra-queo elevatis & exortis; & quo magis deorsum tendunt, eo magis crassiores particulas vel terreas conjunctas habent, & contra.

Longè aliam causam sibi vindicare videntur venti, terræ motus conjunctos habentes: hi ab ignis in centro terræ furentis, impetuoso motu, atmosphæram nostram commovente, originem habere probabile aliis videtur, dum halitus sulfurei hinc copiosè
terram

terram replentes, subito accensi & rarefacti,
egressu denegato terram concutiunt.

Nix, grando, Pluvia, ab aqueis vaporibus
ventorum ope ex aqua elevatis, & in altum
evectis, & frigiditate ætheris rursus conden-
satis constant.

Nix quidem ex atomis subtilissimis aqueis,
quæ hieme ope ventorum in altius ætheris
spatium elevantur, subito verò simul con-
fringuntur, ut se conjungere & in guttas re-
solvere non queant, atque sic in variis figuris
sibi leviter coherent, & nivem constituunt.

Grando verò majori frigore concrevit,
quando atomi aqueæ jam in globulos vel
guttas dispositæ, vento aliquo subito in fri-
gidissimum ætheris spatium tolluntur, &
tunc ea forma in glaciem vertuntur, exque
hac causa grandiores sæpè cadunt globi,
quando guttæ fuere majores, vel plures sibi
cohaerunt.

Ex præmissis notamus omnia in mundo
creata, continui quidem rationem habere,
sed saltem esse contigua.

Continui rationem habent, quia luce vel
Sole movente, omnia moventur in Mundi
finem usque.

Contigua verò saltem esse, inde patet,
quia particulæ corporum nunquam sibi ita
vicinè

vicinè junguntur, quin non relinquunt cavitates, vel poros, in quibus æther hæreat: proptereaque non cœlum, nec stellæ, nec Mineralia, vel Metalla, nec vitra, nec vegetabilia, aut animalia imò ipsa Lux non sine poris.

In hujus enim vel illius corporis poris, aliæ particulæ sive corpora hæreere, perque eos transire possunt.

Homo constat corpore & Anima: Corpus ex Terra, subtilissimis & purissimis rerum principiis (quibus Lux inhabitabat sub gradu vitæ primo) constante, Deus formabat. Cui tum immittebat spiraculum vitæ, & sic Animam indebat intellectualem, quo regebatur corpus, quo vegetabatur, ratiocinabatur, sentiebat, intelligebatque perfectissimè.

Cum verò conservatio hominis & sanitas in nutritione legitima consistat, hinc alimentum ejus oportet constare ex particulis non contrariantibus, sed similitudinem habentibus, si non alteratis, tamen alterabilibus, & in suam texturam convertilibus.

Sic quando homo vescitur carne bovina, suilla, avium, piscium &c. tunc ista corpora suâ convenienti aliâs textura prædita, à facultate nostra vitali sive spiritibus, suo situ, & textu-

textura spoliantur in ventriculo, atque hinc inde in sanguine, in bile, in corde, in hepate, in pulmonibus, in renibus &c. alia proportione disponuntur, ut variis partium humani corporis texturis inserviant:

Quælibet enim corporis pars proportionatam, suæ texturæ & poris, assumit alimenti partem:

Non verò ex alimentis solum, sed & ex aëre, mediante æthere, convehuntur particulae, quæ similiter pro texturarum corporis exigentia appositæ, tam nutriunt, quam illæ.

Et dubitant aliqui, annon, plus alimenti ex aëre hominibus adveniat, quam ex cibo & potu, quippe hæ ipsæ lucis multum continentes, magis sunt aptæ subito adponi, quam aliæ quæ ex alimentis modo erui debent.

Magis enim subtilissimis tam alimentorum atomis, & aëreis particulis nutriti corpus, quam crassis, inde patet, quod crassiora semper excernantur, sæpius majori quantitate quam assumptorum fuere, semper verò subtilia remaneant, in nutrimentum, quale humani corporis partes requirunt, adponenda.

Naturalis ergo chyli status consistit, in legitima proportione, fluiditate, sapore, & aliis texturæ legitimæ requisitis.

Si verò iste non sit proportionatus, & vel paucus, vel copiosus, in proportionem humani corporis partium non locandus restagnet, & in poris hæreat, tum vel non fit nutritio, vel subsequitur morbus & denique mors.

Accidit verò nonnunquam, ut in tubulo quodam, sive poro partis cujusdam solidioris, in annos delitescat tale improportionatum nutrimentum, sive particulæ haud commiscibiles, quæ tandem certis & similibus mediante æthere advectis augentur, & cum in angusto tali loco delitescere haud amplius queunt, hinc mediante lympha vel imò æthere sanguini convehuntur, tuncque ejus proportionem, ordinem & poros perturbant, ac morbum ei inducunt, uti hoc probare videntur Variolæ, Arthritis, Epilepsia &c.

Oportet ergò ut sanguinis chyli, & humorum reliquorum particulæ, talem inter se servent ordinem, proportionem, & poros, quò ætherem & contentum aërem naturaliter constitutum, citra turbam admittant.

Nam si corporis humani, & ejusdem partium pori, ex rerum non naturalium vitio ita disponuntur, & accommodantur, invertunturque ut naturaliter constitutum ætherem

tem non admittit
videtur pandi
sunt.

Sic in dispo-
sitione, à pere-
tes, quæcumque
tento aëre tum ali-
tibus.

Transmittitur
aëre vel ab ali-
Loca pellere, loca

Sic observam
ri Febribus, Ph

cum migrare, a
Ab æthere fir-
tialis in quantum

circulata humo-
ordinatio, & natu-
sibiliones varia-
les, sanguis, pleu-
que intermitten-
lent.

Sic à peregrin-
particularum fan-
do, & pori, ut in
depravata langu-
à sua etiam in do-
ctiam simul crud-

rem vel non admittant, vel peregrino ætheri
viz & portæ pandantur, tum morbi varii præ-
sto sunt.

Sic in dispositis corporibus videmus circa
æquinoctia, à peregrino æthere induci Fe-
bres, quæ tunc circa solstitia, æthere & con-
tento aëre tum aliter constituto, finiuntur
rursus.

Transmittitur verò peregrina materia
ætherea vel ab astris, luminibus vagabundis,
Locis, tellure, lacubus, & similibus.

Sic observamus ægros quandoque libera-
ri Febribus, Phthisi, &c. quando in alium lo-
cum migrant, ac si aërem mutant.

Ab æthere frigido, aëre, peregrinis par-
ticulis inquinato simul inducto, observamus
circulariter humores cum sanguine in motu
ordinario, & naturali præpediri, ut tum de-
stillationes variæ, epidemicæ, raucedines, tus-
ses, anginæ, pleuritides, ophthalmiæ, Febres-
que intermittentes &c. fertilissimè propullu-
lent.

Sic à peregrino æthere inducto invertitur
particularum sanguinem constituentium or-
do, & pori, ut inde oriatur cacochymia, &
depravata sanguinis labes, antequam chylus
à sua etiam indole recesserit, tunc demum
etiam simul cruditates, acidas, & alias, mor-
borum

borum gravissimorum generatrices, incurrens: Et quæ sunt alia, à peregrinis particulis, nostris constitutivis, texturis & poris, disproportionatis, mediante æthere & contento aëre advecta, vel à variis diætæ erroribus genitis, inducta morborum initia.

Tam Alimenta ergo sive ex cibo & potu, aut ex aëre, quam Medicamenta, ita debent esse comparata, ut corpori, partibus & humoribus ejus, vel legitimum motum & texturam conservare, vel illegitimum & disproportionatum illud, ad statum proportionatum naturalem reducere rursus valeant.

Et cum morbi ab occasionalib⁹ causis originem sumentes, ut plurimum consistant in texturarum & pororum, tam solidarum quam fluidarum partium, obstructione, & disproportionatarum particularum commixtione, quæ tamen nec cum æthere penetrare, nec partibus in quibus hærent apponi possunt, sicque corpus vel partem molestant, & in suo ordinario motu præpediunt.

Hinc medicamina adhibenda texturis & poris ordinariis hujus vel illius partis, in quibus malum hæret, sunt appropriata, & proportionata,

Et

Et quando tum talia propinquantur, tunc illa cum sanguine, si extra primas vias hæreat malum, ad corporis partes alias feruntur, ad proportionatam verò suam appellentes texturam eas appropinquare & penetrare intendunt; sed quia obstacula adsunt, & disproportionatæ particulæ in poris hærent, hinc illa, veluti cuneus cuneum, trudent, & quia ipsa, veluti medicamenta, non possunt fieri alimenta, hinc ipsa sequuntur, & ambo sæpius mediante sudore excernuntur, vel per insensibilem transpirationem exeunt sensim.

Vel si particulæ in poris stagnantes ita sunt dispositæ, ut aliam & meliorem proportionem & dispositionem assumere valeant, tum illæ à medicamentorum particulis aliter disponuntur, ut tum vel apponi, vel leviori modo rursus partem quam occupaverant, derelinquere possint.

Dispositionem verò talem in melius, ut plurimum efficacius instituunt ea, quæ præter texturam convenientem, etiam lucis multum continent, qualia exhibent salia imprimis, quot verò salium mixtiones, tot differentes texturæ & effectus inde resultant, & quo plus lucis habent, eò plus virium exerunt.

Vegetabilia constant omnia copiola aquâ, juncta sali, sulfuri, & terræ, & prout hæc vel illæ abundant, hoc vel illo modo situantur, miscentur & disponuntur, talem representant proportionem & figuram.

Hinc quædam aquea, quædam sulfurea seu oleosa, quædam ponderosa, quædam lævia, &c. quædam dulcia, quædam acida, austera, amara, acerba, odorifera, foetida &c. quædam rubra, quædam alba, nigra, grisea, purpurea, flava &c. apparent.

His omnibus differentiis universalis ille Geometra & Architectus Lux præest: Hæcque omnia miscet pro exigentia cujusque, Idæa verò evoluta ea conservat, in finem mundi, à Deo ita jussa.

Sapor est à prædominante sale, ubi verò odor simul concurrit, & saporem excedit, tum sulfur prædominari videtur.

Color verò est à mirabili dictarum particularum posituris, formis angularibus, planis & innumeris talibus, in quas Solaris lux impingens, differentes esse colores monstrat.

Sal duplex vegetabilibus inest, volatile per se unum, alterum Fixum per accidens; hoc enim æquè volatile fuit, sed à terræ copia, quia tam cito in crematione sequi nesciebat, depressum fuit.

Est

Est ergò Sal fixum productum ignis novum, & quod aliàs ante volatile erat, cujuscunque vegetabilis & animalis Basis, hyeme in radice latitat, & fomitem vitæ sustinet, donec tempore verno terræ poris reseratis Idæa s. Lux insita, novam quasi producat vitam, vegetabile in priores dimensiones, figuram, Colorem, saporemque resuscitans rursus.

Vegetabilis verò cujusque Idæa, sive Lucis & contentorum motus, & actio varia, in semine Idæam similem sibi, imprimat, quod tum in terram projectum, similem rursus Idææ suæ herbam, vel vegetabile producat.

Lux in semine primum vitæ gradum sibi vindicat, ex hoc ad secundum dispositum promptè, & cum semen in terram projicitur, tum in terra habitantes particule Salino nitrosæ, volatiles acidæ, mediahæte aqua in illud agere incipiunt, & particulas ejus ab invicem divellere intendunt, tum verò lux insita, & à suavi acido nitroso in motum concitata, ideam contentam evolvit, & in semine latitantes particulas principiantes, in tenuissimam figuram disponit, quibus particulis tum delineatis, caudicem in terram defigit, & per hanc conveniens nutrimentum attrahit, & cuilibet delineatæ particule distribuit, & sic auget pro justo & æquo, Luce,

ita disponente, & suam concreatam scientiam habente, instar artificis observans, quid ad dextram, quid ad sinistram, quid ante, quid post locare & producere debeat, exactè iussum Dei exequutura:

Et quando tum aquea viscositate soliditatis parum acquisivit, tum terram perforat tenellus fœtus, Solem adoraturus, ut cum insita sua luce communicans, ulterius rubor addat, quo ex atmosphæra sibi conveniens *alimentum* haurire, idque per radicem, atque *inter corticem & truncum sursum ferre*, sicq; augeri & tandem maturitatis terminum assequi queat, rursus denique idæam semini impressam relicturus.

Præter salem, *duplex item sulfur vegetabilibus inest*, proprium unum in oleo contentum, minerale alterum, à vegetabilibus aquâ mediantem, in alimentum simul attractum:

Utque adeò non mirum, quod nonnulli stannum, alii mercurium, vel argentum ex vegetabilibus vel herbis separarint, in poris namque earum hæc latitarunt particule, mediantibus, vel junctæ alimenti particulis, adductæ:

Patetq; hinc mineralium particulas simul in alimentum vegetabilium cedere posse, etsi non sint de horum natura.

Sulfur vero ex carbonibus vegetabilium (quod ob æquilibrium salis saltem candet, non vero flammam facit, nisi vento commotum) educi & separari potest tam bonum, ac ex terra eruitur, multo tamen purius, quia ad auri puritatem ferè accedit, & ex illa Auri particula, sine tamen lucro extrahi potest,

Jam post Animalis & vegetabilis Regni scrutinium generale, ad *Mineralia* Ordine devolvimur *quorum omnium matrix Terra est*, cum suis saxeis immensis molibus, arena, limo, &c. ex voraginibus, antris, concamerationibus, hydro, pyrophilaciisque intrinsicis, constantem: In cujus medio Sol terrenus, sive Ignis subterraneus, Demogorgon ille, videlicet Lux à particulis sulfureis in excandescentiam furiosam acta, sedem suam habere creditur.

Sed etsi terra ex particulis principiantibus condensatum sit corpus, non tamen illæ principiantes terræ particule, in terra nudæ, & ab aliis separatæ reperiuntur, nec in quodam rerum naturalium composito, nisi resolutione chymica tandem in conspectum prodire cogantur.

Sic etsi in Terreno quidem globo prædominantur, non tamen isti solæ & separatæ insunt,

insunt, sed aliis rerum principiis ubique combinata:

Quemadmodum nec alia principiantia corpuscula unquam sola & separata naturaliter in mundo inveniuntur, sed omnia invicem sunt commixta, & tam mirabilem varietatem rerum in Mundo constituunt.

Possunt tamen separata haberi rerum principiantia principia, melius tamen in hoc, quam in alio corpore.

Sic terra virginea seu particulae terrae principiantes, facilius possunt haberi in vegetabilium resolutionibus, potissimum in cinere, ex quo si omne Sal extrahitur, remanet terra purissima, hæc si depuratur, in igne est incorruptibilis.

Ex aëre item expiscari licet, si enim aërem certo artificio in aquam vertimus, hanc vero in Balneo abstrahimus, manet in fundo terra nitroso sale imprægnata, hæc si separaveris, habes terram virgineam.

Ex Aqua verò itē sed mixta magis habetur.

Hanc primam Lapidis Philosophici materiam multi crediderunt, sed quantum decepti, & quot dilapidarint propter lapidem, ex hac materia, tot exempla testari poterunt.

Potest quidem fieri matrix, in quâ metalla generantur, sed quid erit, si unum habeo requisi-

requisitum, ubi alia deficiunt, semen videlicet.

Potest item fieri matrix pro vegetabilibus; sed addito semine, & ejus nutrimento, saltem inibi generari potest vegetabile.

Aliquando Amicus mihi amico comunicabat processum, quem Pharmacopæus quidam prosequutus fuerat, maxima spe, tandem inveniendi thesauri universalis.

Alia verò methodo *Terram suam virginem* elaborabat & separabat, ab aquâ videlicet, quam Sol mediante suo motu ab aquâ stagnante separaverat, & ubique obvia reperitur sub variis coloribus aquæ innatans, cauda pavonis ab aliis vocata.

Hanc caudam pavonis sive terra pinguedinem jam separatam colligebat, cochleari argenteo, ab aqua in magna copia, huic tum materia subtili terre affundebat phlegma roris majalis, ac vitrum hyeme leni hypocausti vel furni calore imponebat & sic relinquebat donec potissima pars ad fundum sederat, calore incarnato: sicque separatam putabat & dispositam primam materiam.

Tum mense Majo collectam Roris quantitatem hac methodo exaltatam tenebat. Magnam videlicet roris quantitatem indebat cucurbita capaci, & claudebatur alembico cæco, tum per septi-

septimanas quatuor lenissimo Balnei calore putrescere permittebat, tunc alio alembico superimposito, & suo recipiente munito inde evocabat multum lenissimo igne, quali ad putrefaciendum usus fuerat, spiritum subtilissimum, post quem phlegma seorsim capiebat, priori descripto labori applicandum. Ex remanentia vero sensim exsiccata, Sal extrahēbat, & quantum possibile purificabat.

Iam spiritum lenissimo Balnei calore egressum retortæ immittebat, & lampadis igne moderatissimo spirituosiorum partem ascendere curabat, & sic separata erant ut putabat principiantia corpora, terram primo elaboratam pro sulfure, Sal vero ex roris remanentia, & mercurium, subtilissimum illum roris, & Mundi spiritum, certissima lapidis Philosophici constitutiva credens.

Hæc, proportionē sequente commixta, ulterius tum igni perficienda concredebatur.

Recipiebat nimirum *Materia* ut vocabatur *Solaris purificata*, ab initio edoctæ, partem unam, subtilissimi verò roris spiritus, ut vocabatur, *mercurialis*, cum suo sale juncti, partes septem: Hæc ovo philosophico inclusa, & hermetice obfigillata, furno imponebat lampadis, primis aliquot mensibus lenissimo, ne sentiat ferè calor, post paulo auctiori,

acira sensim augendo ignem, per 12. menses processit, ad massæ coagulationem, & insequentem fixationem.

Tandem *Fixata materie* capere volebat partem unam, *Auri per antimonium quantum possibile exaltati* & depurari partes tres: Auro liquefacto pulverem immittere, & per tres dies & noctes in fluxu relinquere volebat, ut inde Deo volente emergat summa Metallorum Medicina, & à tot seculis decantata universalis Tinctura.

Tantum scio, laborem cum prædicatis phænomenis, variatione videlicet colorum, ex nigro, albo, ad rubrum, ex voto cessisse, num verò tandem optato lapide benedicto potitus sit, comperire haud potui.

Medicinam quidem credo non contemnendam ex opere dicto fabricari posse, sed cum specificum Auri semen non accesserit, credo pro hac intentione omnem irritum fuisse laborem.

Est verò semen auri in ipso auro, & qui hoc potiri anhelat, aurum in materiam suam primam (non universalem) metallicam, quæ est Mercurius metallicus convertere laboret, retenta tamen suâ metallica crasi, & sic Deo volente perveniet in hortos Hesperidum.

Ut

Ut ad nostram redeamus terram, supra diximus principiantes ejus particulas ex aqua copiose elici posse, & hoc, modo præscriptus precessus testari simul potest:

Ubique locorum sponte invenimus in stagnantibus aquis separatas istas terreas particulas, vario calore coruscantes, pavonis caudæ ad instar.

Hæ jam separatæ particulæ terreæ sunt quidem principiantes, inque eis omnia terræ alias producta, vegetabilia & mineralia generari possunt, sed requiritur cujusque rei producendæ semen, per se enim hæ particulæ nil producere valent, nisi semen adveniat, quo tamen ut plurimum etiam refertæ sunt, nec semper vacuæ, hinc si terram talem aquâ humectamus sponte enascuntur herbulæ variæ.

Potius vero hoc facit hæ terra quæ sponte uti dictum ab aquis se separat, quam illa quæ ex vegetabilis cineribus relinquitur, hæc plane est vacua, & principians terra: Reliquæ ex aëre, vel ex aquâ, semper alias particulas combinatas habere solent.

Interim terreæ hæ particulæ cum aquâ commixtæ, constituunt rerum omnium triplici regno comprehensarum, solidiores alimenti particulas, quæ ut omnibus advehan-

tur

tur pro alimento rebus, Aquâ pro vehiculo admodum indigent, absque hâc etenim penetrare haud possent.

Interim aqua etsi nutrimentum contineat, sola tamen extra terreni globi adminiculum, & intermedium raro producit vegetabile aliquod, præprimis verò ubi suo motu privatur aqua.

Sic quando hyeme surculum cujusdam arboris, vel cerasi, aquâ impono, tum si recentem semper aquam affundo, ac ita aquam sæpius vario, flores quidem profert ac æstate, sed ubi aquam affusam diu relinquo, nec sæpius recentis affusionem reitero, nullos flores profert, causa est quia surculus ex aqua convenientes & proportionatas quidem assumit particulas, relicta verò aqua cum contentis reliquis, motu sufflaminato putrescere incipit.

Item si semen aliquod aquâ impono, tum id haurit proportionatas quidem alimenti particulas, quæ insitam exsuscitant lucem, & in motum cient, ut in folia se explicare intendat semen, sed quia matrix deest, hinc incrementum non capiunt extricata foliola, quia nimium adducitur nutrimentum, quod sibi applicare haud possunt, hinc aqua reliqua putrescens, simul seminis principia suo nexu solvere

folvere incipit, & simul ad putredinem difponit femen cum fuis conftitutivis.

Vel fi affufio recentis aquę diligentiſſime reiteraretur, attamen femen, quia non habet corpus in quo radicem figit, nunquam ad florefcentiam perducetur.

Requiritur ergo pro corpore five matrice terra, & liber aquę nutrientis motus, itus & reditus.

In terra etenim aqua fuas relinquit particulas nutritioni aptas, quę feminis inſita lux ſibi pro robore viſcerum applicat, vel cito, vel ſenſim, motu tamen omnibus conftitutivis conſeſſo libero.

Sic obſervamus aquam, quę per ſaxa & arenam fluit, eſſe admodum puram & claram, quia particulas plurimas terreas, iis arenulis vel ſaxis appoſuit.

Hinc etiam vegetabilibus nutriendis, talis aqua non ita eſt idonea, uti pluvialis, ut pote quę fuas nondum perdidit principiantes particulas terreas.

Obſervamus item ex his, arenulas & ſaxa quędam ſingulari attractiva vi dotata eſſe, quibus præterfluens cum aqua nutrimentum adeo expedite attrahunt, & ſibi applicant idæ a ſua lapidifica ita impulſa,

Quæ

Quæ idææ, sive effluvia lapidifica, si lignum vel aquam dispositam, quæ particulas pro lapidibus dispositas continet, offendunt, tum lapides exinde fabricant.

Quo plus vero terræ continent lapides, eò magis opaci sunt, quo verò minus, eo magis diaphani fiunt, colorem vero si habent, à sulfure sive metallicis particulis eundem nacti fuere.

Potissimum verò constituens est aqua, quæ cum suis particulis, ab idæa sive spiritu lapidifico, sensim concoagulatur in lapidem, proptereaque æque luce copiosa dotata sunt saxa ac alia in rerum natura producta, id quod Sal ex lapidibus productum indigitat, ubi enim Sal, ibi Lux, & ubi inclusa lux, ibi Sal.

Ex omnibus verò lapidibus, Lapis calcarius, suum Sal copiosum calcinando suppeditat, alcalicæ energiæ, proptereaque admirabile absorbens, non tantum subtilissimum acidum avidè quasi devorans, sed & lucem sibi ita imprimens, ut Phosphorum etiam constituat hâc methodo. v. g.

Sume calcem vivam albiſſimam, hanc solve spiritu nitri, vel & aquâ Fortiſſima, solutio filtrata evaporetur ad siccitatem, relictam exsiccata massam impone crucibulo, in formam

catilli cineritii facto, & in furno reverberit
posito, ignem adhibe, quo flamma continuo ma-
teriam in catillo lambere queat, idque tamdiu
continuando perge, donec observes materiam
lucidam apparere, tum igne remoto exime va-
sculum, & vitro aptato super imposito aeri adi-
tum praecludas: Et sic phosphorum è calce vivæ eti-
am habebis.

Elucet hinc maxima calcis vivæ absorbens
vis, & proportionati pori, quibus lucem eti-
am sibi inclusam retinet subtilissimam.

Nec mirum quod ex hoc fundamento
tantas exerat vires, nostro applicatum cor-
pori, & ejus partibus, quales pag. 328. part.
prim. descriptas reperies quibus hoc addo
v. g.

Sume Calcis vivæ partes quatuor.

Tartari crudi partem unam.

Coque in olla cum aquâ fontana, & sit motus
insignis fermentativus: Post solutionem &
cocturam solvetur & coaguletur, coagulationi
superfunde spiritum vini rectificatissimum, &
fiat extractio, sicque fiet Tinctura rubicundissima,
urinosis odoris, remedium antinephriticum non
contemnendum, sicuti hoc commendat in-
comparabilis Ettmüller nunc B. Schröderi di-
lucidati pag. 22.

Fit

Fit verò hoc modo falis armoniaci quædam species, acido vinoso, & alcali minerali originem debens, insignium vitium in disjicienda fabulosa concretionem.

Sal lapidibus inesse concretionum eorum testatur nullus etenim fit motus vel concretionis vel solutionis absque Luce, Lux verò non concentratur absque sale, veluti specificè suo continente.

Firmius verò huic quam alteri lapidi adpositum est, ut nulla arte ex illis rursus in conspectum produci queat,

Ubi è contra dantur *silices quidam*, qui ab aère levi modo suum Sal extrahi patiuntur.

Proptereaque in locis quibusdam, (uti in Helvetia prope Scaphusam observavi) rustici silicibus è terra fossis, agros suos fecundandos conspergunt, fimi loco.

Hi namque silices aère concessò, solvi incipiunt, poros suos ingrediente aère humido: Sal verò copiosum in silice contentum, naturali quadam inclinatione, humiditatem ex aère recipit, tempore pluvioso & humido, attractam vero aquam non amplius relinquit, nisi aère sicco & solis calore, humiditatem in silice contentam, evocante & attractante; tunc verò rursus Sal combinatum ei quantum potest sequitur quidem, quoniam

vero Sal veluti magis corporeum, attenuato humido & avolante, in superficie lapidis remanere cogitur, hinc quousque Sal ex poris est evocatum, eousque lapis fatiscit, & in terram mutatur fecundam, & sic actione & reactione humiditatis & caloris attrahentis, tandem totus silex in terram vertitur, sale nitroso copioso constantem.

Salem lapidibus inesse statuimus modo: Non vero illum primigenium & principians per se, sed jam compositum ex sulfureis acidis terreisque cum aquâ combinatis particulis, putamus.

Tam subtile enim est illud principians Sal, lucis purissimum domicilium, ut omnia permeet corpora, hinc purum & solum seorsim existens nullibi reperitur facile, nisi in aëre: Est tamen in eo vis & vita rerum omnium naturalium, quando variis aliis, sulfureis, terreis, aqueis particulis combinatur.

Sulfuræ particulæ maximam cum eo habent convenientiam & ex amborum copula nitrum fit, cum ergò nullibi tam sulfuræ communes quam primigeniæ principiantes particulæ salinæ puriores inveniuntur quam in aëre, hinc in eafe apprehendentes, nitrosus constituunt aërem, id quod demonstrat experimentum, quando aërem concentra-

mus

mus in aquam, hanc verò evaporamus, tum remanet in fundo Sal, purissimum nitrum; Nitrum ergo omnia antecellit salia, utpote copioso principiante sale constans, & si particulæ communes sulfureæ ab eo separari possent, nullibi citius Sal mundi primigenium haberi posset.

Et hinc est quod Philosophi nitrum mercurium catholicum esse credant, proptereaque menstruum in eo pro auro solvendo quæsi-erint, aliud item invenerint quidem, non verò Philosophorum lapidem.

Solvit namque mercurius ille catholicus, principians Sal, purissima luce constans, quidem aurum, particulas ejus disproportionando in oleum, summam medicinam: Sed quia hoc modo aurum ex sua proportione metallica depositum est, hinc alia metalla illud in suos poros non admittunt, nec ejus tincturam sibi imprimi propterea permittunt.

Nec Philosophorum Lapis hâc ratione construitur; ad quem acquirendum oportet, ut in Auro crasis & proportio metallica conferrentur, & illud in suam primam materiam metallicam, sive mercurium metallicum convertatur.

Separatio verò quâ nitrum philosopho-
rum,

rum, sive Sal primigenium, virgineum, ab illo nitro communi: particulis, videlicet sulfureis, dissolvitur, fit via putrefactionis.

Aliàs verò principiantes particulæ tam sulfureæ, quam salinæ, combinatæ habentur in spiritu rubicundo, quem propterea plurimi seorsim existentem, destillatione sibi comparare voluerunt, sed irritò semper conatu, imprimis Agricola.

Tibi ergò jam lubens arcanum hoc communico: Procedito vero ita: Nitrum cum suo intermedio ad fluxum inhibendum, commixtum, & destillationi commissum, primo album tibi fundit spiritum salinum, & denig, sequuntur rubicundi volatiles, his visis, oportet ut recipulum mutes, & hos rubros seorsim capias spiritus, & si plures habes recipientes, omnes rubro hoc spiritu sive vapore repleas, donec nullos amplius egredi sentias spiritus, vel vasa sive recipula deficiant.

Oportet verò recipulum vapore repletum probe cera oclusum servare, donec alios item repletos vapore habeas, tum verò singulo vase injice camphoræ modicum, & subito vapores ignei volatilissimi, ob proportionatos poros se huic jungent, & in liquorem rubicundum confluent, camphorâ olei instar innatante, quam separare poteris.

Spiritum

Spiritum verò fugacissimum vix servabis, nisi vitrum hermetico occludas sigillo, nec evitabis, quin transfusione de vitro in vitrum, magnam patiaris spirituum jacturam, tam citò etenim quam aërem sentiunt, in vaporem rursus resolvuntur rubicundum, à quo ope camphoræ in liquorem fuerunt resoluti: Sane in hoc spiritu non minima latent arcana, continet ut dictum supra, puras principiantes salinas particulas, cum sulfureis conjunctas, has si separare studeas, habebis aviculam Hermetis, Solem illum terrenum, vel mercurium catholicum, sive Sal virgineum, purum Lucis proprium domicilium, principale salium omnium aliorum, utpote salis marini, communis, nitri, vitrioli &c. imò omnium rerum naturalium principians Sal, lucis immediatum habitaculum.

Alias *Sal commune* constat aqua, sale, & sulfure primigenis, cum terra purissima:

Per ignem liquatus & destillatus sulfureas absorbet particulas, & eas in poris suis absconditas tenendo, reliquas verò terram, & aquam partim relinquendo) sub acidi spiritus sulfurei forma dimittit, oleum salis vulgo dictum, quod metallis affusum, cuspidibus suis disgregat mixti compagem, particulas similes cum similibus conjungendo; Ubi sæpius

tantus lucis excitatur in particulis sulfureis calor, ut nisi aqueæ inessent particulæ, flamma excitaretur, id quod in martis solutione præprimis accidere solet.

Vitriolum est Sal metallisatum, à sale primigenio, ferri vel cupri mineram rodendo, & subtilissimum sulfur minerale sibi simul incorporando, fabricatum.

Continet mercurium metallicum, metallorum veram clavem & Azoth Philosophorum, qui tamen difficulter separabilis existit, fit verò singulari encheiresi, ubi ille sub forma salis apparet, faciliè in mercurium vivificandus.

Quo verò dictæ separationi via sternatur, impuriore terreæ mineralis partes prius separantur hoc modo, *Capias vitrioli optimi libras aliquot, immitte olla ab angustiore fundo in latius orificium desinenti, & super affunde aquam ut emineat duos digitos latos, tum ollam in latus paulisper inclinatam repone per dies 14. & plures, ac vitriolum incipiet ex aqua ascendere, & excreescere ad orificium usque crispum, & album, ad tactum unctuosum, satis magna quantitate; hoc quando abstulisti, quod reliquum est rursus repone, & plus de vitriolo ascendet, & quando hoc modo omne vitriolum ascendit, & metallicam suam terram reliquit,*
tum

zum hoc solve aqua destillata, & cristallisari per-
 mitte loco admodum frigido, in calido etenim vix
 cristallisabitur, cristalli erunt albi & pellucidi
 cristalli adinstar. Pars tamen quadam vitrioli,
 instar syrupi remanet, nullo modo cristallisari se
 patiens, hinc calore modico quantum possibile ex-
 sicceatur.

Hoc jam depuratum vitriolum destillando
 ferè omne in spiritum abit, cum suo capite
 mortuo, quod cum ante depurationem rubrū
 fuisset, jam album remanet.

Ex his, jam facili via ad majora facies pro-
 gressum, verum etenim metallorum Sal inde
 parabis, vel mercurium metallorum specifica-
 tum, metallorum omnium constituens, vel
 solvens universale, & ex hoc sale tum spiritum
 destillabis mercurii, qui nil est aliud quam
 mercurius metallicus, aqueis particulis vesti-
 tus, qui tamen facili methodo corporeus rur-
 sus fieri potest.

Sulfur commune primigenium non est, in-
 terim hoc est principale ejus ingrediens, cui alia
 copiosè sunt admixta.

Origo ejus sive propria sedes est in variis
 terræ cavernis, id quod montes ignivomi de-
 monstrant.

Conjunctum sibi servat, præter alias par-
 ticulas terreas constituentes, Sal vitriolicum;

hoc quando sulfur mercurium coagulat, simul se jungit, unde tum varia mineralia & metalla enascuntur, atque ita Sal vitriolicum & sulfur commune, sunt secundaria metallorum principia.

Sunt verò primigenium sulfur, five principiantes sulfureæ particulae, copiosæ lucis particulae, viscositate aquæ, primigeniis salinis intimè commixtæ, nullibi melius & levius reperibiles quam in spiritibus vinosis; primigeniæ verò salinæ nullibi facilius quam in Homine.

Alias sulfur commune five particulae sulfureæ compositæ, sunt ignis potissimum constitutum, in eis namq; particulae lucis concentratæ in excandescentiam aguntur, denegatis verò particulis sulfureis, cessat ignis, & lux rursus fit invisibilis.

Quantum verò ex præmissis concludere licet, credo, *particulas sulfureas primigenias idem esse, cum particulis salis primigeniis, nec hæc inter se differre nisi gradu:*

Videntur enim sulfureæ primigeniæ particulae esse, salinæ particulae in corporibus concentratæ, & quantum pro ratione specificæ texturæ concessum est, magis perfectæ, & exaltatæ.

Indequo

Indeque patet quantum inter se distent *sulfura* composita, videlicet ea non nisi gradu inter se distare, neque ratione primi principii inter se esse *diversa*, sed *ratione generis* saltem.

Sic *sulfura vegetabilium*, v. g. olea, resinae, bitumina, eum perfectionis gradum non fuerit assequuti, nec animalium olea, pinguedines axungiae &c. ac mineralium & metallorum: & hoc particularum admixtarum & inter se variè contextarum ratione.

Probabile item, cujusque vegetabilis *sulfur* eundem perfectionis gradum assequi potuisse, quem principalissimi & exaltatissimi vegetabilis, v. g. cinamomi, garyophyllorum, vini, &c. *sulfur*; dummodo ingredientia & constitutiva fuissent ita disposita.

Item & martis, vel veneris, vel antimonii, aut vilissimi etiam mineralis *sulfur*, æque potuisse, fieri aurum, dummodo principians illud universale Sal, particulas ita dispositas invenisset pro construendo ferro, quam invenit dispositas pro auro, vel tempus illas taliter disponendi concessum fuisset.

Fundamenti ergò universalis scilicet salis primigenii ratione omnia conveniunt quidem metalla, vegetabilia, & animalia: Sed *sulfuris*,

furis, vel salis primigenii, jam specificati & sulfurisati ratione, nunc distinctio maximè attendenda venit:

Et qui nunc *specificum sulfur pro auro construendo* quærere intendit, *is è minerali regno petat oportet:*

Quo verò sulfur, in hoc, vel illo nunc specificatum, pro auro magis exaltando acquiratur, *primigenii salis ope indiget*, quod omnium philosophorum testimonio, *ex vitriolo, veluti ad mineralia & metalla nunc specificato, facilius erui potest.*

Huctamen & vegetabilium, & animalium sulfura, sive particulas primigenias salinas, multum contribuere posse, solus liquor Alcahest, & alia ex vegetabili etiam regno facta menstrua sulfurea, testari poterunt.

Universalis etenim salis primigenii ratione, videmus omnium rerum naturalium maximam concordantiam: Ubi tamen inter Animalia Homo, ex vegetabilibus Vinum, & inter mineralia aurum, perfectissima sunt, utpote lucis concentrati magis quam alia continentia.

Qui ergò tam subito ex minerali regno ad istud salis primigenii arcanum penetrare haud potest, gradatim agat, consulat animale,

male vegetabile
primigenii, sal
m jia orat, le
ed mineralia & me
ego perfectionis
Cum enim om
non vegetabilium
salis ratione pa
xam discreme
cliam reperit
sulfuro conve
fundamento
etiam redolere
Si videmus
nussum, ex
oleo quibus
natos, quocirca
& ob convenie
ferre potest.
Si vero mi
sulfur separare
sua mineralia
sum est, prius
quod quidem
ignis redditis
clios sine sul
re, & arequis

male, & vegetabile regnum, & ex homine præ-
 primis & vino, Sal illud uniuersale primigeni-
 um sibi acquirat, & tum facilis erit via, quâ itur
 ad mineralia & metalla penetranda. Gradus
 ergò perfectionis obseruentur:

Cum enim omnia *sulfura tam mineralium
 quam vegetabilium unico imitantur principio,*
 saltem ratione particularum magis minus fi-
 xarum differente, quia hoc magis fixum & oc-
 clusum reperitur altero, quia tamen in unico
 sulfureo conveniunt principio, hinc ex eo
 fundamento ex quo unum referatur, reliqua
 etiam recludenda erunt.

Sic videmus sulfur commune, veluti mi-
 nus fixum, ex reliquis mineralibus, referari
 oleosis quibuscunque, ob poros proportio-
 natos, quos etiam crassum oleum penetrare,
 & ob convenientiam sulfuris primigenii re-
 ferare potest.

Si verò mineralis cuiusdam magis fixati
 sulfur separare animus est, tum, quia hoc cum
 sua minera adhuc iunctum, & magis præclu-
 sum est, prius separatio eorum instituenda, id
 quod quidem præstabitur oleosis, sed magis
 igneis redditis, utpote quæ poros magis oc-
 clusos suis subtilioribus acuminibus penetra-
 re, & à reliquis separare poterunt.

Hoc verò præstabunt salia alcalia, quæ nihil aliud sunt quam olea mediante suo sale & terra in magis stabile corpus cremando redacta.

Et quemadmodum hoc vel simile alcali nil est aliud quam oleum, sale primigenio admodum igneum redditum, hinc magis item penetrat fixius aliquod mineralis corpus, quod antea impossibile ei erat.

Quo magis verò cum igneis corporibus, vel iis qui salis primigenii plurimum continent, salia dicta calcinantur, eo magis fiunt penetrantia & ignea, v. g. quando Sal tartari depuratum, cum calce viva aliquoties calcinatum, tum particulæ salinæ primigeniæ tartari, cum primigeniis illis in calce viva contentis, se amice conjungunt, & constituunt Sal duplicatum, maximè penetrabile, pro reserandis mineralium sulfuribus, tam antimonii, quam aliorum.

Sed cum *metalla* multo magis, quam mineralia sint concentrata, & fixata, hinc quia tale Sal nihilominus adhuc nimis corporeis, & terreis particulis est oppressum, ad eorum intima penetrare haud potest:

Oportet ergò ut hoc vel simile Sal, planè à terreis suis separetur particulis, & fiat spiritus penetrantissimus oleosus, ut tum ille
metal-

metallorum sulfur ex similitudine & potestatem
proportionem, solvere & referre commode
queat.

Est ergo solvens illud universale ad metalla,
sive liquor alcahest, nil aliud quam liquor sive
spiritus salsus oleosus, subtili sale primigenio in-
naturans:

Sive sunt salis primigenii particule, cum
sulfureis, sive jam specificatis salinis particu-
lis combinatae, cujus succedaneum Helmont
Sal tartari volatile, utpote ex eodem con-
stans principio, esse praedicat.

Hic jam liquor lucis plenus, subtilis, pene-
trans sulfureus, similes in auro particulas lu-
cidas concentratas referat, & in primum suum
esse retenta crasi metallica, regredi facit, pro
Medicina tam metallorum reliquorum,
quam hominum.

Ex dicto jam fundamento paulisper An-
timonium ruspaturi erimus id quod Imperfe-
ctum videtur esse metallum, quod tamen
natura perfectius reddidisset si non ab arse-
nicali sulfure per accidens impedita fuisset.

Illud ergo arsenicale sulfur si separatur,
tum reliquum erit tam purum, ac est in auro,
etsi non ita fixum sit, attamen eo perducere po-
test, ut fiat aurum Philosophorum, naturali
nobilius.

In stella verò candida purissima Diana la-
ret, quæ denudanda est, & ad sudorem cogen-
da, ut tota fiat sanguinea, tum odore suo mi-
racula præstabit.

Interim superfluum ejus arsenicali sulfure
inquinatum sulfur, ita cicurari potest, ut infi-
guia ex eo depromi queant medicamina.

Sic capite de antimonio methodum indi-
gitavi, quâ sulfur ita cicurari & reserari potest,
ut Balsamus inde nobilis fabricari queat, sed
cum hætenus hoc medicamen semper fuerit
ex meis arcanis, nunc id tandem communi-
cō in proximi commodum, quorsum omnis
medici intentio directa esse debet.

Recipe ergo Nitri purissimi

Tartari crudi pulcherrimi aa.

partes æquales.

Pulverisata subtilissimè & exacte mixta per vi-
ces in crucibulo detonato,

Tum sume Salis hujus detonati & pulverisati
antimonii crudi aa. ℥. ʒ.

Antimonium crudum sigillo immittatur, &
in furno venti fundatur, tum probè suo anti-
monio sensim & per vires immitte Sal detona-
tum, forti semper igne servato, quo omnia sem-
per in continuo sint fluxu, tum immisso omni pul-
vere detonato, probè fluidis, sensim injice car-
bones pulverisatos, quibus deflagatis, alios

in-

inperge, & hoc continua tam diu, quam diu carbonos super massam semper probè fluidam deflagrare observas, quando verò cessant deflagrare, tum desiste, carbonos injiciendo, tigillum verò adhuc per horam in igne fortissimo relinquito, quo hoc igne particularum sulfurearum cum salinis primigeniis unio promoveatur quantum possibile: deinde exime tigillum, & refrigerari finito, postea confracto eo separa scorias à regulo: scorias ita calide quantum possibile est in pulverem contunde, & cucurbita vel phiola oblongi colli immitte, ac pulveri affunde.

Olei juniperi ℥iij.

Anisi ℥ij.

succini

spir. therebint. aa ℥j.

spiritus vini alcoholisati ℔. j℔.

Iam phiolam vel cucurbitam suo munitam & occlusam alembico, Balneo impone, & recipulo praeposito alembici rostro, ignem adde moderatum, & sic sensim spiritus vini ebullire incipit, ita verò perge donec omnem vini spiritum egressum observes, tum refrigerari omnia permitte, & postea Balsamum per inclinationem separa, & usui asserva.

Viribus suis excellit omnem Balsamum sulfuris, quoquo modo etiam is paratus sit;

H

non

non solum sulfuris ratione, utpotè ubi antimonii sulfur commune illud, longè viribus exsuperare notum est, sed & ingredientium subtilissimorum ratione, ubi sulfur antimonii, simul ex carbonibus, sibi primigenii particulas in copia associavit non solum, sed & ab oleoso salis detonati salis primigenio, tantam suarum particularum correctionem & dispositionem accepit, quæ oleis subtilibus tantas impressit vires, ut Lucis plena vires sanè insignes præstent, in corroborandis spiritibus, & vindicandis visceribus depuratoriiis, imprimis pulmonibus, disproportionatis variis ab æthere frigido inductis, vel à sanguine illuc translatis particulis, obsessis:

Item in doloribus colicis, ab acidis disproportionatis particulis, primas vias molestantibus & laceffentibus.

Tum in Renum obstructionibus, Uteri oppilationibus, & similibus texturarum corporis, vel item sanguinis & seri, disproportionatis particulis incommodatis, variis alterationibus.

Sic in Peste cum camphora insigne præbet alexipharmacum, particulis namque suis lucidis integram corporis machinam pervadit, & poros à venenatis disproportionatis particulis vindicat.

Similes-

Similesque plurimos præstat insignes effectus, nec modo internè propinatum, sed & externe applicatum, vertici videlicet &c. inunctum, in tubulis extremis hærentes, disproportionatas particulas & exhalationibus aliis viam præcludentes extricat, & sic destillationibus variis viam præcludi laborat.

Non verò indifferenter omnibus exhibetur temperaturis, iis etenim quæ multa constant luce, hinc calore prærogativam præ aliis tenente, lucidas suas particulas jungendo (si ex hæc causa malum quoddam adesset) minimè conveniret, quia lux copiosa sulfureis subtilissimis particulis juncta, furentem evolveret idæam, pro destructione corporis omnimoda: Id quod Febres ardentes clarius demonstrant.

Temperaturæ etenim, lucis multum continentes à natura, (temperamentum cholericum vulgò nuncupatum) ab eis qui lucis multum continentur, & ubi vel diæta mediante, vel aëre calidiori, sulfureis subtilissimis disproportionatis particulis referto, in copia, vel ingeruntur vel attrahuntur tales sulfureæ disproportionatæ particule, tum morbi & Febres ardentes præsto sunt, & sulfureis tum particulis suam furentem evolvuntibus idæam, corpus ita exstuat,

ut omnia intus comburi, & flamma quasi consumi videantur.

Omnia ergò convenienti loco, tempore, & applicandi modo mensurentur.

Sunt quidem medicamenta, quibus copiosa & concentrata lux inhabitat magna homini medicina, & in vitam hominis lucem potenter irradiant & augent: Sed ubi jam lux nimia imprimis sulfureis concitata particulis, corpori inest, tum nullo indiget additamento, sed potius minuente opus, quo temperetur lux copiosa exagitata, & in sulfure in furorem acta, & exorbitans.

Differentia ergò hic simul attendenda venit, quæ sulfurum ratione occurrit:

Sulfureas particulas lucis commotas levi opera furentem suam exerere & evolvere idæam diximus, sed hoc de volatili intelligendum sulfure, quale præbent vegetabilia & animalia, in oleis suis subtilissimis &

De Fixis mineralium & metallorum sulfuribus aliter se res habet, in eis lux copiosa quidem, sed concertata, & subtilissimis particulis terreis alligata furentem vim extricare non amplius potest, hinc irradiando hæc agunt sulfura, & solo quasi aspectu in vitam hominis & partium ejus lucem roborando, morbo tollunt, & quidem indifferenter in

omnibus temperaturis, tam calidis, quam frigidis: Id quod noster Helmont abundè inculcat, Sulfuribus nimirum mineralium correctis & perfectis, tota morborum cohors auscultat inquit, utpote quorum pluralitas in unitatem Archæi, tanquam in pugnantem pugnum contrahitur.

Hoc pacto, portio pergit, in ipsa animæ sede, combinatoque Duumviratu, amentias, apoplexias, caducos, paralyfes, vertigines, asthmata, hydropes, atrophias, immanesque defectus alios annihilari vidimus, ipsa stupente naturâ:

Hæc jam sulfura ab exorbitantiis corrosivis corpus humanum præservant, & furentes omnes idæas sopiunt, siue sint intra, siue extra corpus, nec ipse tacodæmon appropinquare audeat, veluti luci, sicuti spirituali ita corporali intensissimus, cum quâ ipsi stare impossibile, qui solis delectatur tenebris.

Metalla tandem quod attinet, eorum omnium Basis mercurius currens, vulgi est, qui abundantissima Luce præditus, in centro absconditum habet sulfur primigenium, siue salis primigenii particulas, viscosissimis, aqueis vel terreis, particulis subtilissimis, nunc combinatas & specificatas.

Quæ Lux in cavernis terræ & saxorum, à luce extrinseca provocatur, & actuatur, hinc illa externa lux internum sulfuris corpus dilatando, & per poros evocando, mercurium coagulat in purissimum metallum.

Sed quia huic actui variæ sæpè immiscentur particulae, alia terreæ, salinae, arsenicales &c. hinc fit vel ignobilis, vel nobilior metallum.

Dependet ergò impuritas ab excrementis, & rebus heterogeneis, per errorem connatis, & admixtis.

Nec differunt propterea metalla inter se, nisi maturitate, & puritate non vero specie, sed omnia ab unico dependent mercurio, sulfure vel sale primigenio, specificato ad metalla, refertissimo, purius vel impurius, & heterogeneis particulis magis vel minus commixtis, coagulato.

Imò in ipso primo mercurii origine, dum à sale primigenio particulae subtilissimæ terreæ, aquosæ, sive viscosæ coagulari, & in metallicum sulfur specificari incipiunt, se immiscere solent heterogeneitates, à quibus tum originaliter mercurius contaminatus manet: quæ verò heterogeneitates, si auferuntur ope artis, tum breviori tempore artifex conficiet aurum, ac natura, quæ longissimo tem-

potest colligi pro
line:

In mercurio
philosophico, aut
quodam in illis con
terretur occulta.

Actu ergo huic

separatione

nivis, & cum

paracetico

ro communi

Sed cum h

vero nunc nota

directa hæc gen

Dem T. O. M

turbas in suis

parum inveni

gatur,

pore indiget pro heterogeneitatum remotione.

In mercurio ergò latet materia lapidis philosophici, auri scilicet concentrati : quæ quidem in aliis etiam latet metallis sed fixa & fortiter occlusa.

Ardui ergò hujus operis artificium consistit in separatione heterogeneitatum mercurii vulgi, & tum continuâ coctione fiet ex depurato mercurio aurum philosophorum, auro communi millies perfectius.

Sed cum hæc ad Alchymiam spectent, illa verò nunc nostra non fuerit meta, ad quam directa hæc generalia esse volumus, subsisto, Deum T. O. M. exoraturus, ut qui rebus naturalibus in suis initiis cognoscendis dedit parvum initium, porro incrementu mlargiatur, ut exoptata tandem emergat.

F I N I S.



